Vicomagiſtri quadraginta octo.
Curatores duo.
Inſulæ duo millia quadringentæ octoginta ſeptem.
Domus centum triginta.
Horrea vigintiquinque.
Balnea ſexaginta quatuor.
Lacus octoginta octo.
Piſtrina viginti.
Continet pedes ducenta novem millia.

Regio XIV.

TRANSTYBERINA, continet Gajanum.
Vaticanam.
Frygianum.
Naumachias quinque. *pag. 142.*
Hortos Domitios.
Balneum Ampelidis & Priſci & Dianæ molinas.
Janiculum.
Statuam Valerianam.
Cohortes ſeptem Vigilum.
Caput Gorgonis.
Fortis Fortunæ Templum.
Aream Septimianam.
Herculem cubantem.
Campum Brytianum & Codetanum.
Hortos Geræ.
Caſtra lecticariorum.
Vici ſeptuaginta octo.
Ædiculæ ſeptuaginta octo.
Vicomagiſtri quadraginta octo.
Curatores tres.
Inſulæ quatuor millia quadringentæ quinque.
Domus centum quinquaginta.
Horrea viginti duo
Balnea octoginta ſex.
Lacus centum octoginta.
Piſtrina viginti tria.
Continet pedes triginta tria millia quadringentos octoginta octo.

Bibliothecæ XXIX.

Ex his præcipuæ duæ, Palatina & Ulpia. *pag. 143.*

Obeliſci V.

In Circo maximo unus, altus pedes octoginta octo ſemis.
In Vaticano unus, altus pedes ſeptuaginta & unum.
In Campo Martio unus, altus pedes octoginta duos ſemis.
In Mauſoleo Auguſti duo, ſinguli pedum quadraginta duorum ſemis.

Pontes ſeptem.

ÆLIUS,
Aurelius.
Molvius.
Sublicius.
Fabricius.
Ceſtius & Probi.

Montes ſeptem.

CÆLIUS.
Aventinus.
Tarpejus.
Palatinus.

Esquilinus.
Vaticanus.
Janiculensis.

Campi octo.

VIMINALIS.
Agrippæ.
Martius.
Edit. Paris. Codetanus.
pag. 144. Octavius.
Pecuarius.
Lanatarius.
Brytianus.

Fora undecim.

ROMANUM.
Magnum.
Cæsaris.
Augusti.
Nervæ Trajani,
Ænobarbi.
Foro boarium.
Suarium.
Pistorum.
Gallorum,
& Rusticorum.

Basilicæ decem,

JULIA.
Ulpia.
Pauli.
Neptuni.
Matidii.
Marciana.
Bascellaria.
Floscellaria.
Sicinii.
Constaotiniana.

Thermæ undecim.

pag. 145. TRAJANÆ.
Titianæ.
Agrippinæ.
Syræ.
Commodianæ.
Severianæ.
Alexandrinæ.
Antoninianæ.
Decianæ.
Diocletianæ.
Constantinianæ.

Aquæ XIX.

TRAJANA.
Annia.
Alsia.
Claudia.
Martia.
Herculea.
Julia.
Augustea.
Appia.
Alsetina.
Setina.
Ciminia.
Aurelia.
Damnata.
Virgo,
Tepula.
pag. 146. Severiana,
Antoniana.
Alexandrina.

Viæ XXIX.

TRAJANA.
Appia.
Latina.
Lavicana.
Prænestina.
Tiburtina.
Nomentana.
Salaria,
Flaminia.
Æmilia.
Clodia,
Valeria.
Aurelia.
Campana.
Ostiensis.
Portuensis,
Janiculensis,
Laurentina.
Ardeatina.
Setina.
Quintia.
Cassia.
Gallica.
Cornelia.
Triumphalis.
Patinaria, *pag. 147.*
Asinaria.
Ciminia.
Tiberina.

Horum Breviarium,

CAPITOLIA duo.
Circi duo.
Amphitheatra duo.
Colossi duo.
Columnæ cochlides duæ,
Macella duo.
Theatra tria.
Ludi quatuor.
Naumachiæ quinque.
Nymphæa quindecim,
Equi magni viginti tres.
Deaurati octoginta.
Eburnei octoginta quatuor,
Arcus marmorei triginta sex.
Portæ triginta septem.
Vici quadringenti viginti quatuor,
Ædes quadringentæ viginti quatuor,
Vicomagistri sexcenti septuaginta duo.
Curatores viginti quatuor.
Insulæ per totam urbem numero quadraginta sex millia sexcentæ duæ.
Domus mille septingentæ octoginta.
Balnea octingenta quinquaginta sex.
Lacus mille trecenti quinquaginta duo. *pag. 148.*
Pistrina ducenta quinquaginta quatuor,
Lupanaria quadraginta quinque.
Latrinæ publicæ quadraginta quatuor,
Cohortes prætoriæ decem.
Urbanæ quatuor.
Vigilum septem: quarum excubitoria quatuordecim.
Vexilla communia duo.
Castra equitum, salgamariorum, peregrinorum.

Descriptionis Romæ Finis.

Edit. Parif. pag. 149.

DESCRIPTIO URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ,

INCERTO AUCTORE,

QUI VIXIT

SUB ARCADIO VEL THEODOSIO JUNIORE.

Regio I.

REGIO prima, continet in se Domum Placidiæ Augustæ.
Domum nobilissimæ Marinæ.
Thermas Arcadianas.
Vicos sive Angiportus viginti novem.
Domos centum decem & octo.
Porticus perpetuas duas.
Balneas privatas quindecim.
Pistrina publica quatuor.
Pistrina privata quindecim.
Gradus quatuor.
Curatorem unum, qui totius regionis sollicitudinem gerat.
Vernaculum unum, velut servum in omnibus & internuntium regionis.
pag. 150. Collegiatos viginti quinque, qui e diversis corporibus ordinati, incendiorum solent casibus subvenire.
Vicomagistros quinque, quibus per noctem tuendæ urbis cura mandata est.

Regio II.

REGIO Secunda, ab initio Theatri minoris per æqualitatem sui latenter molli sublevata clivo, mox ad mare præcipitiis abrupta descendit.
Continet in se, Ecclesiam magnam.
Ecclesiam antiquam.
Senatum.
Tribunal purpureis gradibus exstructum.
Thermas Zeuxippi.
Theatrum.
Amphitheatrum.
Vicos sive Angiportus triginta quatuor.
Domos nonaginta & octo.
Porticus magnas quatuor.
Balneas privatas tredecim.
Pistrina privata quatuor.
Gradus quatuor.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
Collegiatos triginta quinque.
Vicomagistros quinque.

Regio III.

REGIO Tertia, plana quidem in superiore parte, ut pote in ea Circi spatio largius explicato, sed
pag. 151. ab ejus extrema parte nimis prono clivo, mare usque descendit.
Continet in se eumdem Circum maximum.
Domum Pulcheriæ Augustæ.
Portum novum.
Porticum semirotundam: quæ ex similitudine fabricæ sigma Græco vocabulo nuncupatur.
Tribunal Fori Constantini.
Vicos septem.
Domos nonaginta quatuor.
Porticus magnas quinque.
Balneas privatas undecim.
Pistrina privata novem.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
Collegiatos viginti unum.
Vicomagistros quinque.

Regio IV.

REGIO Quarta, a Miliario aureo collibus dextra lævaque surgentibus, ad planitiem usque valle ducente perducitur.
Continet in se idem Miliarium aureum.
Augusteum.
Basilicam. pag. 152.
Nymphæum.
Porticum Fanionis.
Liburnam marmoream, navalis Victoriæ monimentum.
Ecclesiam, sive Martyrium sancti Mennæ.
Stadium.
Scalam Timasii.
Vicos triginta duos.
Domus trecentas septuaginta quinque.
Porticus magnas quatuor.
Balneas privatas septem.
Pistrina privata quinque.
Gradus septem.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
Collegiatos quadraginta.
Vicomagistros quinque.

Regio V.

REGIONIS quintæ non modica pars, in obliquioribus posita locis, planitie excipiente producitur, in qua necessaria civitatis ædificia continentur.
Continet in se Thermas Honorianas.
Cisternam Theodosianam.
Prytaneum.
Thermas Eudocianas. pag. 153.
Strategium, in quo est Forum Theodosiacum, & Obeliscus Thebæus quadrus.
Horrea olearia.
Nymphæum.
Horrea Troadensia.
Horrea Valentiniana.
Horrea Constantiaca.
Portum habet prosforianum.
Scalam Chalcedonensem.
Vicos viginti tres.
Domos centum octoginta quatuor.
Porticus magnas septem.
Balneas privatas undecim.
Pistrina publica septem.
Pistrina privata duo.
Gradus novem.
Macellos duos.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
Collegiatos quadraginta.
Vicomagistros quinque.

Regio VI.

REGIO Sexta, brevi peracta planicie, reliqua in devexo consistit: a foro namque Constantini, Scalam usque sive trajectum *Sycænum*, porrigitur spatiis suis.
Continet in se, Columnam purpuream Constantini. pag. 154.
Senatum ejusdem loci.
Neorium portum.

Scalam Sycænam.
Vicos viginti duos.
Domos quadringentas octogintaquatuor.
Porticum magnam unam.
Balneas privatas novem.
Pistrinum publicum unum.
Pistrina privata decem & septem.
Gradus decem & septem.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
Collegiatos quadraginta novem.
Vicomagistros quinque.

Regio VII.

REGIO Septima, in comparationem superioris planior, quamvis & ipsa circa lateris sui extremitatem habeatur in mare declivior. Hæc a parte dextera Columnæ Constantini usque ad Forum Theodosii, continuis extensa porticibus, & de latere aliis quoque pari ratione porrectis, usque ad mare velut seipsam inclinat, & ita deducitur.

Edit. Parisi. Habet autem in se Ecclesias tres, hoc est, Irenen, Anastasiam, & S. Pauli.
pag. 155. Columnam Theodosii, intrinsecus usque ad summitatem gradibus perviam.
Equites magnos duos.
Partem ejusdem Fori.
Thermas Carosianas.
Vicos octoginta quinque.
Domos septingentas undecim.
Porticus magnas sex.
Balneas privatas undecim.
Pistrina privata duodecim.
Gradus sedecim.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
Collegiatus octoginta.
Vicomagistros quinque.

Regio VIII.

REGIO octava, ex parte Tauri, nulla maris vicinitate contermina, angustior magis quam lata, spatia sua in longitudinem producta compensat.

Continet in se partem Fori Constantini.
Porticum sinistram Taurum usque.
Basilicam Theodosianam.
Capitolium.
Vicos viginti & unum.
pag 156. Domos centum octo.
Porticus majores quinque.
Balneas privatas decem.
Pistrina privata quinque.
Gradus quinque.
Macellos duos.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
Collegiatos septemdecim.
Vicomagistros quinque.

Regio IX.

REGIO nona, prona omnis, & in notum deflexa, extensi maris littoribus terminatur.

Continet in se, Ecclesias duas.
Cænopolim, & Homonœam.
Horrea Alexandrina.
Domum Nobilissimæ Arcadiæ.
Thermas Anastasianas.
Horreum Theodosianum.
Vicos sedecim.
Domos centum sedecim.
Porticus majores duas.
Balneas privatas quindecim.
Pistrina privata quindecim.
Pistrina publica quatuor.
Gradus quatuor.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
pag. 157. Collegiatos triginta octo.
Vicomagistros sex.

Regio X.

REGIO decima, in aliud civitatis latus a nona regione platea magna velut fluvio interveniente dividitur. Est vero tractu planior: nec usquam præter maritima loca inæqualis, longitudini ejus latitudine non cedente.

Continet in se, Ecclesiam sive Martyrium sancti Acacii.
Thermas Constantinianas.
Domum Augustæ Placidiæ.
Domum Augustæ Eudociæ.
Domum Nobilissimæ Arcadiæ.
Nymphæum majus.
Vicos viginti.
Domus sexcentas triginta sex.
Porticus majores sex.
Balneas privatas viginti duas.
Pistrina publica duo.
Pistrina privata sedecim.
Gradus duodecim.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
Collegiatus nonaginta.
Vicomagistros quinque.

Regio XI.

REGIO undecima, spatio diffusa liberiore, nulla parte mari sociata est. Verum ejus extensio, tam plana, quam etiam collibus inæqualis. *pag. 158.*

Continet in se Martyrium Apostolorum.
Palatium Faccilianum.
Domum Augustæ Pulcheriæ.
Bovem æream.
Cisternam Arcadiacam.
Cisternam Modestiacam.
Vicos octo.
Domos quingentas tres.
Porticus majores quatuor.
Balneas privatas quatuordecim.
Pistrinum publicum unum.
Pistrina privata tria.
Gradus septem.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
Collegiatos triginta septem.
Vicomagistros quinque.

Regio XII.

REGIO duodecima, Portam a civitate petentibus in longum plana omnis consistit, sed latere sinistro mollioribus clivis deducta maris confinio terminatur; quam mœnium sublimior decorat ornatus.

Continet in se portam auream.
Porticus Troadenses. *pag. 159.*
Forum Theodosiacum.
Columnam itidem intra se gradibus perviam.
Monetam.
Portum Theodosiacum.
Vicos undecim.
Domos trecentas sexaginta tres.
Porticus majores tres.
Balneas privatas quinque.
Pistrina privata quinque.
Gradus novem.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
Collegiatos decem & septem.
Vicomagistros quinque.

Regio XIII.

TERTIADECIMA Regio, Sycæna est, quæ sinu maris angusto divisa, societatem Urbis naviglis frequentibus promeretur: tota lateri montis affixa, præter unius plateæ tractum, quam subjacentium eidem monti littorum tantum præstat æqualitas.

Continet in se, Ecclesiam.
Thermas Honorianas.
Forum Honorianum.
Theatrum.
Navalia.
Domos quadringentas triginta unam. *pag. 160.*

Porticum majorem unam.
Balneas privatas quinque.
Pistrinum publicum unum.
Pistrina privata quatuor.
Gradus octo.
Curatorem unum.
Vernaculum unum.
Collegiatos triginta quatuor.
Vicomagistros quinque.

Regio XIV.

REGIO sane licet in urbis quartadecima numeretur parte: tamen quia spatio interjecto divisum est muro proprio vallatum alterius quodammodo speciem civitatis ostendit. Est vero progressis a porta modicum, situ planum, dextero autem latere in clivum surgente usque ad medium fere plateæ spatium, nimis pronum: unde mare usque mediocris, quæ civitatis continet partem explicatur æqualitas.

Continet in se Ecclesiam.
Palatium.
Nymphæum.
Thermas,
Theatrum.
Lusorium.
Pontem sublicium sive ligneum.
Edit. Paris. Vicos undecim.
pag. 161. Domos centum sexaginta septem.
Porticus majores duas.
Balneas privatas quinque.
Pistrinum publicum unum.
Pistrinum privatum unum.
Gradus quinque.

Collectio civitatis.

COGNITA urbe per partes, fas est etiam situm conclusæ jam universitatis aperire, ut magnificentiæ unicum decus non solum videatur opere & manu confectum, sed etiam conspirantibus elementis, naturæ felicitate munitum.

Providentia ergo divina tot futurorum hominum domiciliis consulente, longo tractu in promontorii qualitatem spatiosior terra faucibus Pontici maris opposita, sinuosis portuosa lateribus, angustior latitudine, circumflui maris tutela vallatur.

Hoc quoque spatium quod solum apertum maris circulus derelinquit, duplici muro acies turrium extensa custodit: intra quas septa civitas continet in se omnia singillatim memorata, quæ nunc ad firmioris memoriæ qualitatem summatim collecta referemus. *pag. 162.*

Habet ergo urbs Constantinopolitana, Palatia quinque.
Ecclesias quatuordecim.
Domos divinas Augustarum sex.
Domos nobilissimas tres.
Thermas octo.
Basilicas duas.
Fora quatuor.
Senatus duos.
Horrea quinque.
Theatra duo.
Lusoria duo.
Portus quatuor.
Circum unum.
Cisternas quatuor.
Nymphæa quatuor.
Vicos trecentos viginti duos.
Domus quatuor millia trecentas octoginta octo.
Porticus quinquaginta duas.
Balneas privatas centum quinquaginta tres.
Pistrina publica viginti.
Pistrina privata centum viginti.
Gradus centum decem & septem.
Macellos quinque.
Curatores tredecim.
Vernaculos quatuordecim. *pag. 163.*
Collegiatos quingentos sexaginta.
Vicomagistros sexaginta quinque.
Columnam purpuream.
Columnas intra se pervias duas.
Colossum unum.
Tetrapylum aureum unum.
Augusteum.
Capitolium.
Monetam.
Scalas maritimas tres.

Habet sane longitudo urbis, a porta aurea usque ad littus maris directa linea, pedum quatuordecim millia septuaginta quinque.

Latitudo autem, pedum sex millia, centum quinquaginta.

Descriptionis Urbis Constantinopolitanæ Finis.

Edit. Paris. pag. 164.

DE REBUS BELLICIS PRÆFATIO.

CÆlesti semper instinctu, felicis reipublicæ vestræ commoditas, Sacratissimi Prin-
cipes, opportunis est suggerenda temporibus, ut divina consilia, divinis succes-
sibus convalescant. Unde pro ingenii facultate unum capitulum de Largitionum
utilitate in hoc libello composui, non quod istud tam immensæ utilitati sufficiat, sed
ut ex hoc mediocritatis meæ documento præmisso, in reliquis utilitatis possit fides osten-
di. Proinde ne promissioni fides accommodata, velut fallacem in posterum gravet: pro
conscientia veritatis ipse mihi pœnam præmii loco, si promissio secus cesserit, posco: ne
me laus prosequatur, cum abunde sit in hac parte, indignationem pro audacia declina-
pag. 165. re. Sed fas erit reipub. præsulem a privato desiderata cognoscere, cum rerum utilitas
interdum eum lateat inquirentem. Ergo nonnumquam invitandi sunt, qui nec te quic-
quam sentire fuerint approbati. Nam, ut ait optimus Orator, ad illum major pars ho-
minum decurrit, quem ingenio natura donaverit. In qua re est considerare semper,
quid unusquisque magis sentiat quam loquatur. Constat enim apud omnes, quod nec
summa nobilitas, nec opum affluentia, aut subnixæ tribunalibus potestates, aut eloquen-
tia litteris adquisita, consecuta est utilitates artium, in quibus etiam armorum contine-
tur inventio: sed ingenii tantummodo magnitudo, quæ virtutum omnium mater est, na-
turæ felicitate subnixa, quod quidem sine personarum electione videmus accidere. Nam
cum barbaræ nationes neque facundia polleant, aut dignitatibus illustrentur, minime
tamen a rerum inventione, natura opitulante habentur alienæ. Quamobrem, Clemen-
tissimi Principes, qui gloriam bonæ opinionis perpetua felicitate diligitis, qui Romano
nomini debitos affectus propagatis in filios, respicere dignemini, quæ nostris sensibus
pag. 166. commoda providentia divinitatis intulerit. Universis igitur seu militiam clementiæ ve-
stræ tractantibus, seu otio privato contentis, vel terræ cultoribus, sive negotiatoribus
mercium lucra tractantibus, pro seculi vestri felicitate gaudentibus: consequimini ex
hoc opere commoda singulorum, quorum species diversis titulis opportunis quibusque lo-
cis oratio subjecta testabitur. Referemus enim quemadmodum remissa tributorum me-
dietate in robur proprium provinciarum cultor habeatur. Unde etiam ratione exactio-
num cessante contumelia, limitum solitudinem erectis castrorum munitionibus incola
securus illustret. Quo etiam pacto auri argentique modus sine dantium pœna duplice-
tur: vel quo argumento extra solitam largitatem, cumulatus honoribus miles exultet.
His etiam adnectenda credidimus, quæ bellorum necessitatibus terra vel mari in ad-
quirendis victoriis procurentur. Ex quibus fastidii levandi gratia, pauca machinarum
inventa referemus. Docebimus igitur, velocissimum Liburnæ genus decem navibus in-
genii magisterio prævalere, ita ut hæ per eam sine auxilio cujusquam turbæ obruan-
pag. 167. tur. In terrenis vero congressibus talis est excogitata solertia, ut eques sive aciem ru-
pturus invadat, sive fugientibus ingerat se, tali arte muniatur, ut semetipsum verbe-
rans sine cujusquam magisterio efficiat magnas hostium strages. In fluviorum quoque
difficultatibus exquisita est novi pontis inventio minime subvectioni onerosa. Hunc enim
pontem amnibus paludibusque necessarium perpauci homines, aut quinquaginta fere nu-
mero jumenta portabunt. Ex his igitur quæ retulimus, jam futuris ut arbitror desi-
gnatis, pace vestra dixerim, magnum vobis munus concessu divinitatis apporto, asse-
rens providentia pietatis vestræ armorum vigorem, & cunctam rempub. prædictis re-
mediis sublevandam: quæ quidem non ignota sunt proximis vestræ clementiæ, quos
alia plura sollicitant a nobis aliena. Verum quia illos multa occupatos effugiunt, otio
persuasus, non adeo a rerum commoditatibus peregrinus, utilia vestræ felicitati undi-
que redacta conferre gestivi. Si quid vero liberius oratio mea pro rerum necessitate
protulerit, æstimo venia protegendum, cum mihi promissionis implendæ gratia subve-
pag. 168. niendum est propter philosophiæ libertatem.

COM-

COMMODÆ AUCTORITATIS,

Variæ priſcorum Monetæ.

ÆREI, lutei, de corio.

De inbibenda largitate.

BELLICAM laudem, & gloriam triumphorum, utilitas ſemper imitatur ærarii, ne profuſa largitio ſemina magis excitet præliorum. Quæ ſi providentia majeſtatis Imperatoriæ reprimatur, non amplius bellorum florebit improbitas, ſed collatorum potius defecta ſubſidia recreantur. Quod ſi largitio immoderata, ſervanda profuderit, opum delectabilitas nullo vetuſtatis more poterit jam neceſſitatibus ſubvenire. Quamobrem patrum nobis eſt pauliſper providentia referenda, quam in rebus egenis habuerint, vel quæ nunc in tanta facultatum licentia videatur. Rectores ſaperioris vitæ non otioſis opibus, ſed condendis potius mœnibus lætabantur, in quorum decorem univer- *Edit. Pariſ. pag. 169.* ſam auri argentique materiam conſerebant. Æris quoque copiam in ſimulacbris propriis ad virtutis ſuæ raſtimonia figurabant. Ut vero amendi & venendi utilitas, & ut facultas regiæ largitati ſuppeteret, in æris uſum excultam poitius terram & igne ſolidatam certis quoque expreſſronibus figuratam, auro argentoque repoſito, uſui habuerunt: ſed poſteriores faſtidientes priſcæ vilitatis inventum, formatos e coriis orbes auro modico ſignaverunt, quibus regum munificenria & commutationum neceſſitas intactis collaroribus utebatur. Sequentior vero ætas æris redundante materia, quam publicus jam mœnium recuſabat ornatus, diuturna ut prior monumenta medirata, æs validum ipſo pondere pretioſius figuravit: cujus ſpecies pro qualitate, ut diximus, ponderis diuturnior fuit, ſed potentia regalis pro licentia ſpeciem ſuam tantum in auro argenroque ſignavit, quæ pro reverentia figuræ nullis uſibus proficiens, ad honorem regium ſacrata permanſit. Æris autem materia, quæ jam præ copia vilior erat, ad dona militaria & varia populorum commercia ſignabatur. Sed ut vera fides dicta facilius proſequatur, formas, & ſpecies commodas atque pro temporibus *pag. 170.* diverſas, variaſque veterum proviſiones, exprimi colorum qualitatibus properavi.

Ex quibus temporibus profuſio, vel avaritia cœperit.

CONSTANTINI temporibus profuſa largitio; aurum pro ære, quod antea magni pretii habebatur, vilibus commerciis aſſignavit: ſed hujus avaritiæ origo hinc creditur emanaſſe. Cum enim antiquitus aurum argentumque & lapidum pretioſorum magna vis in templis repoſita ad publicum perveniſſet, cunctorum dandi habendique cupiditates accendit. Et cum æris ipſius, quod regum, ut diximus, fuerat vultu ſignatum, enormis jam & gravis erogatio videretur, nihilominus tamen a cæcitate quadam, ex auro quod pretioſius habetur, profuſior erogandi diligentia fuit. Ex hac auri copia privatæ potentium repletæ domus, in perniciem pauperum clariores effectæ, tenuioribus videlicet violentia oppreſſis. Sed afflicta paupertas, in varios ſcelerum conatus accenſa, nullam reverentiam juris, aut pietatis affectum præ oculis habens, vindictam ſuam malis artibus commendavit. Nam ſæpe graviſſimis damnis affecit Imperia, populando agros, quietem latrociniis per- *pag. 171.* ſequendo, inflammando odia, & per gradus criminum fovit tyrannos, quos ad gloriam virtutis tuæ produxit magis quam ſuccendit audacia. Erit igitur curæ prudentiæ tuæ, optime Imperator, repreſſa largitate & collatori proſpicere, & in poſterum nominis tui gloriam propagare. Denique pauliſper felicium temporum revolve memoriam, & antiquæ paupertatis famoſa regna conſidera, quæ agros colere, & abſtinere opibus norant, qua hæc honoris laude per omne ævum frugalitas incorrupta commendet. Certe aurea nuncupamus, quæ aurum penitus non habebant.

De fraude & correctione monetæ.

INTER damna reipub. non ferenda ſolidorum figura aliquantorum fraudibus depravata, diverſa populos ratione ſollicitat, & regiæ majeſtatis imaginem, dum per monetæ culpam refutatur, imminuit. Ementis enim eumdem ſolidum fraudulenta calliditas, & vendentis damnoſa neceſſitas, difficultatem quamdam ipſis contractibus intulerunt, ne rebus poſſit intereſ- *pag. 172.* ſe ſimplicitas. Ergo huic quoque parti majeſtatis veſtræ eſt, ut in omnibus, adhibenda correctio: ita ut opifices monetæ, redacti undique in unam inſulam congregentur, nummariis & ſolidorum uſibus profuturi, a ſocietate videlicet in perpetuum contiguæ terræ prohibiti, ne commixtionis licentia fraudibus opportuna, integritatem publicæ utilitatis obfuſcet. Illic enim ſolitudine ſuffragante, integra fides monetæ præſtabitur; nec erit fraudi locus, ubi nulla eſt mercis occaſio. Verum ut qualitas futuræ diſcuſſionis appareat, formas & magnitudinem tam æreæ quam aureæ figurationis pictura prænuntiante ſubjeci, ut ſit felix inchoatio ſacræ divinæque monetæ.

De Judicum pravitate.

AD hæc igitur incommoda, quæ provincias avaritiæ artibus vexant, accedit etiam judicum execranda cupiditas, collatorum utilitatibus inimica. Nam hi deſpecta reverentia dignitatum, velut mercatores in provincias ſe miſſos exiſtimant: eo graviores, quod ab his procedit ini- *pag. 173.* quitas, unde debuit ſperari medicina. Et tamquam ſua rebus ſufficere non poſſit iniquitas, exactores in profligandis rebus hujuſmodi dirigit unuſquiſque, qui diverſis rapinarum artibus, collatorum vires exhauriant, videlicet quaſi parum notabiles haberentur ſi ſoli peccarent. Quæ enim ab his occaſio fiſcalium titulorum inlibata peracta eſt, quæ conventio ſine præda diſceſſit? Illis tironum comparatio, equorum vel frumenti coemptio, expenſa quoque mœnibus profutura, ſolemnia lucra ſunt, & votiva direptio. Quod ſi provincias caſti & integritatis cupidi moderentur, nec fraudi aliquam relinquetur locus, & reſpublica moribus ditata firmabitur.

De revelando militari ſumptu.

RELATIS ut viſum eſt reipub. incommodis, auguſtis proviſionibus merito repellendis, ad enormia militum alimenta, ratione non incongrua, prohibenda veniamus: quorum cauſa, totius tributariæ functionis laborat illatio. Sed ne tantæ confuſionis molem occupatio auguſta faſtidiat, brevius tam diuturni erroris exitum declarabo. Militaris ordo ſtipendiis aliquot peractis, ubi ad quinque vel eo amplius annonarum emolumenta pervene- *pag. 174.*

git ne hæc diutius percipiens rempub. gravet, honesta missione donatus, vacans sibi otio gaudeat absolutus. In cujus locum posterior succedens, totum numerum per certa temporum spatia expensis gravissimis relevabit. Quod si numerosior miles de sequentibus scholis in decedentium locum vocatur, hic quoque pari liberalitate alio donatus abscedat, vel ad alium ordinem cui miles deest, locum suppleturus accedat. Quæ res non solum expensis gravidam rempub. recreabit, sed etiam curas Imperatoriæ provisionis imminuet. Animabit etiam plures ad militiam, quos ab ea stipendiorum tarditas prohibebat. Hujusmodi igitur provisionis utilitas, in argumentum provincialium habet veteranos, regiis donis opulentos, & ad colendos agros adhuc prævalentes agricolas: habitabunt limites Arabum, quæ dudum defenderant loca, & laborum desiderio potiti, erunt ex milite collatores. Verum quia nonnumquam bellorum ruina, aut fastidio castrensium munerum deserta militia, de [Edit. Parif. pag. 175.] summa integriratis intercipit, tali remedio hujusmodi damna supplenda sunt: scilicet ut centeni aut quinquageni juniores, extra hos qui in matriculis continentur, habeantur in promptu armis exerciti, & minori, ut pote tirones stipendio sublevati, in locum amissorum, si res ita tulerit, subrogandi. His ita provisis & integritas secura manebit exercitus, & damnis non deerunt matura, & parata in primis subsidia.

De bellicis machinis.

In primis sciendum est quod Imperium Romanum circumlatrantium ubique nationum perstringat insania, & omne latus limitum tecta naturalibus locis appetat dolosa barbaries. Nam plerumque memoratæ gentes aut silvis teguntur, aut extolluntur montibus, aut vindicantur pruinis, nonnullæ vagæ, solitudinibus ac sole nimio proteguntur. Sunt quæ paludibus fluminibusque defensæ, nec inveniri facile queunt, & tamen quietem pacis lacerant inopinatis incursibus. Ergo hujusmodi nationes, quæ aut talibus subsidiis aut civitatum castellorumque mœnibus defenduntur, diversis & [pag. 176.] novis armorum sunt machinis prosequendæ. Verum ne qua difficultas in excitandis armorum generibus oriatur, imaginem tormentorum nihil a vero distantem, coloribus adumbraram orationi subjeci, ut sit facilis imitandi conjectio.

Exemplum Balistæ quadrirotis.

Exemplum ballistæ, cujus fabricam ante oculos positam, subtilis pictura testatur. subjecta namque rotarum quatuor facilitas, duobus subjunctis & armatis equis, ad usus hanc bellicos trahit, cujus tanta est utilitas pro artis industria, ut omni latere in hostem sagittas impellat, sagittarii libertatem & manus imitata. Habet foramina per quatuor parteis, quibus pro commoditate rerum circumducta & flexa, facillime ad omnes impetus parata consistat. Quæ quidem a fronte cochleæ machina, & deponitur celerius, & erigitur sublevata. Sed hujus temo in quamvis partem necessitas vocet, cita & facili conversione deflexus erigitur. Sciendum est autem quod hoc balistæ genus, duorum opera virorum, sagittas ex se non ut aliæ funibus, sed radiis ejaculatur.

Expositio Tichodifri.

[pag. 177.] Tichodifrus, quod est genus machinæ ex rei suæ commoditate, Græca appellatione vocabuli sumpsit exordium, eo quod per hunc facilior in murum paretur ascensus, ante balistæ semper ducendus incessum, quo protectior eadem balista operetur. Erit ergo hujus quoque compositio vel fabrica, utili & commoda inventione præparanda. Ergo hic idem Tichodifrus, non altior, sed humilior fabricatur, ut intra se possit latenter incedentium celare vestigia. Qui duabus superimpositis cratibus sixorisque confixis, intra se tectos ab omni incursione defendit, duabus sane rotis ad promovendam machinam latenter impulsus. Cujus axium extremitate & frons, necnon & superior latitudo, fulcinis & lanceis armatur diligenter aptatis: ne aggrediendi cuiquam per vacantia defensore loca, id est superiorem partem, tribuatur facultas.

Expositio Clipeocentri.

Parma hæc est modicus clipeus, fixorlis minutis ad soliditatem sui diligenter munitus, varie habetur idoneus. Interdum enim operit gestientem, nonnumquam in fronte tichodifri oppositus, vel in temone suspensus, munit inferius latitantes, [pag. 178.] ab incursu cominus venientium.

Expositio plumbatæ Tribolatæ.

Hoc jaculi genus, quod in modum sagittæ pennis videtur instructum, non arcus neque balistæ pulsu consuevit emitti, sed manus impetu & viribus elisum in hostem cominus vadit, quod excipienti gemina ratione videtur afferre perniciem. Aut enim perimit infixum, aut sine vulnere delapsum, & in terram positum, plantæ calcantis infigitur, eo quod in partem quamlibet si fuerit conversum, ex latere aculeo ex se eminente inferat vulnus. Fit autem ex ligno in modum sagittæ facto, cui ferrum subtiliter in formam venabuli aptatum infigitur, fistula ejusdem ferri paramper extensa: supra quam modico interjecto spatio, plumbo adhærentes aculei, velut tribuli emergunt. In summa autem parte ejusdem jaculi affiguntur pennæ celeritatis causa, tanto videlicet super easdem pennas relicto spatio, quantum digiti potuerint tenentis amplecti.

Expositio Plumbatæ mamillatæ. [pag. 179.]

Bene extensa & directa virga, accipiet in extremitate sui rotundum & in acumen deductum ferrum similibus locis in tribulata plumbo & pennis adhærentibus, ut plumbi pondere & pennarum celeritate adjuta rotunditas teli, facilius clipeos adversarii & similiter obstantia valeat penetrare.

Expositio Currodrepani.

Hujusmodi pugnacis vehiculi genus, quod armis præter morem videtur instructum, reperit Parthicæ pugnæ necessitas: sed hoc singulis bene munitis invecti equis duo viri, vestitu & armis ferro diligenter muniti, citato cursu in pugnam rapiunt: cujus posterior supra currum pars cultris in ordinem extantibus communitur: videlicet ne facilis a tergo cuiquam præbeatur ascensus. Falces vero acutissimæ axibus ejusdem currus aptantur, in lateribus suis ansulas habentes: quibus innexi funes, pro arbitrio duorum equitum laxati quidem explicant, repressi autem erigunt falces. Qualia vero hujusmodi machinæ funera hostibus immittant, vel quas turbatis ordinibus strages efficiant, dicent melius qui usu bella cognoscunt. [pag. 180.]

Expositio Currodrepani singularis.

In hoc curriculo, quod singularis equi tractu discurrit, quodque unius hominis arte regitur & virtute protegitur, eadem est quæ in priori curru armorum facies, & ad repellenda tela, & ad inferenda pericula. Nec distat a superiore quicquam machina, nisi quod superior currus pro magnitudine sui duobus equis tractus, a duobus etiam bellatoribus gubernatur.

Expositio Currodrepani clipeati.

Machinæ hujus admiratio habet novitatis aliquid. Est enim a superioribus curribus, quadam parte dissimilis. Hic enim posterior vehiculi pars verberibus spontaneis ad incitandos equos, & clipeis acuto ferro circumdatis, velut in propugnaculo positis communitur. Et est priori quidem currui hac ratione dissimilis, quod hic non ut ibidem duos equos duorum etiam hominum, sed unius tantum sagacitas regit. A secundo vero curru hac diversitate secernitur, quod in illo unus equus & pondus bellatoris subit, dum ipsum equitem portat, & occulto temone jugum trahente minus ample-

Edit. Paris. pag. 581. ctitur. Hic etiam licet convertere laxatis funibus explicatas falces, & ad perniciem hostium longius ab axe porrectas. Funis vero, quo laxato, aut explicantur falces, aut represso super eosdem axes eriguntur, ligatur circulo hærenti cataphracto in posterioris lateris parte exteriore, per quod vestiti equi, ad omnes telorum muniuntur incursus.

Expositio Thoracomachi.

INTER omnia quæ adversum bellicum provida posteritatis cogitavit antiquitas, Thoracomachum quoq; mira utilitate ad levamen corporis armorum ponderi & asperitati subjecit. Hoc enim vestimenti genus, quod de coactili ad mensuram & tutelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis ejmaris sollicitudo solertia magistra composuit: ut hoc inducta primum lorica vel elibanus, aut his similia, fragilitatem corporis, ponderis asperitate non læderent: membra quoque vestientis inter armorum hyemisque discrimen, tali solatio adjuta, labori sufficiant. Sane ne idem Thoracomachus pluviis verberatus ingravescente pondere adficiat pag. 582. vestientem, de Libycis bene confectis pellibus ad instar ejusdem Thoracomachi faciem conveniet superinducere. Hoc igitur, ut diximus, Thoracomacho inducto, cui Græca appellatio ex tuitione corporis nomen assumpsit: soccis etiam hoc est calciamentis, & ferratis ocreis inductis, superposita galea, & scuto vel gladio lateri aptato, arreptis lanceis in plenum pedestrem subiturus pugnam miles armabitur.

Expositio Ascogefri.

NE interdum necessario itineri exercitus, fluviorum quod plerumque evenit occursus impediat, remedium ad hanc rem, & compendio facile & usu præcipuum reperit ingeniosa necessitas, quod tali ratione componitur. Vitulinis pellibus Arabica arte mollitis. Est enim apud eos præcipua confectionis cura, propter aquam de puteis follibus hauriendam. His igitur, ut dictum est, diligenter iutis fiunt utres in magnitudinem trium & semis pedum. Ita ut cum iidem utres spiritu inflati tumuerint, non extollant uterum, sed æqualitate quadam plenitudo ipsa utrium spatia plana perficiat, ex quorum lateribus loris subter adnexis invicem pag. 583. colligantur, desuper autem una parte circulis extantibus, ex altera immittuntur uncini. Et ita in formam pontis adsociata partibus explicatur integritas. Sed hoc idem opus obliquo fluvio propter impetum meatus facilius usque ad alteram explicabitur ripam, quod fixis in utraque ripa ferreis palis & funibus validis in medio quidem sub ipsis utribus propter incedentium sustinendum pondus, in marginibus autem firmitatis gratia desuper extensis, transeundi per fluvium novo quodam & peregrino itineris apparatu intra breve temporis spatium præbebit liberam facultatem. Admonendi præterea sumus, quod super utrium compaginationem, cilicia sunt incedentium substernenda vestigiis, ne lubrica pellium confectio insistendi deneget firmitatem. In utraque tamen ripa erunt manubalistæ dispositæ, ne hostilis manus pontem operantibus impedimento consistat.

Expositio Liburnæ.

LIBURNAM navalibus idoneam bellis, quam pro magnitudine sui virorum exerceri manibus quodammodo imbecillitas humana prohibebat, quocumque utilitas vocet ad facilitatem cursus, ingepag. 584. nii ope subnixa animalium virtus impellit. In cujus alveo vel capacitate bini boves machinis adjuncti, adhærentes rotas navis lateribus volvunt, quarum supra ambitum vel rotunditatem extantes radii currentibus hisdem rotis in modum remorum aquam conatibus elidentes miro quodam artis effectu operantur impetu parturiente discursum. Hæc eadem tamen Liburna pro mole sui proque machinis in semet operantibus tanto virium fremitu pugnam capescit, ut omnes adversarias Liburnas comminus venientes, facili attritu comminuat.

Expositio Balistæ fulminalis.

HUJUSMODI Balistæ genus murali defensioni necessarium supra cæteras impetu & viribus prævalere usu compertum est arcu etenim ferreo supra canalem quo sagitta exprimitur erecto, validus nervi funis ferreo unco tractus, eamdem sagittam magnis viribus in hostem dimissus impellit. Hunc tamen funem non manibus neque viribus militum trahi fabricæ ipsius magnitudo permittit, sed retro duabus rotis viri singuli radiorum nisibus adnitentes, funem retrorsum randunt, pro difficultate pag. 585. rei viribus machinis adquisitis. Balistam tamen ipsam ad dirigenda seu altius seu humilius tela, cochleæ machina, prout vocet utilitas, nunc erigit nunc deponit. Hoc tamen miræ virtutis argumentum tot rerum diversitate connexum, unius tantum otiosi, ut ita dicam, hominis, ad offerendam tantummodo impulsioni sagittam, opera gubernat. Videlicet ne si hominum turba hujus ministerio inserviret, minueretur artis inventio. Ex hac igitur balista tot & tantis ingenii artibus communita, expressum telum in tantum longius vadit, ut etiam Danubii famosi pro magnitudine fluminis latitudinem valeat penetrare. Fulminalis etiam nuncupata, appellatione sua virium testatur effectum. His igitur, Invicte Imperator, machinarum quoque inventionibus communitam potentiam invicti duplicabis exercitus, hostium incursibus non vi solum & viribus obviando; sed etiam artis ingenio, maxime cum animi sagacitate per omnia elementa machinas repereris valituras. Nam sive terra sint subeunda discrimina contra desperati hostis audaciam, falcatis curribus per aperta camporum fugientium agmina persequeris. Sive murum subire pag. 586. tentaverit occulta temeritas, experietur Balistæ fidem antequam veniat, aut si victricem exercitus cursum fluviorum uspiam meatus impediet, portatilis pontis peculiaris succurret inventio. Quod si navali bello terras fugiens maria hostis obsideat, novo celeritatis ingenio terrestri quodammodo ritu rotis & bubus subacta fluctibus liburnæ transcurrens restituet sine mora victoriam. Quis enim hujus viribus resistet, quæ & terrestris vehiculi nititur firmitate, & habet de navigii facilitate remedium. Erit præterea fulminalis balista felicium limitum custos, quæ quanto minus ad armandam se virorum ministerium quærit, tanto est ingenii virtute præstantior. Quidquid enim opis in ea numerosior manus afferre potuisset, id sibi artis ingenio dotata largitur.

De bellico apparatu.

CUM bellicus apparatus provocet certamina, ne turba militum confusis ordinibus virtus compressa minuatur, conveniet ducum spatia ternis agminibus ordinare. Ita ut singula quæque agmina pag. 587. duobus tantum virorum millibus instruantur: ne compressa populositas, in perniciem propriam auxiliis abundans, suis copiis opprimatur. Conveniet tamen per glaciales euntem militem plagas & thoracomacho muniri, & reliquis ad tutelam pertinentibus rebus prout membrorum poscit utilitas armari: ut & frigoribus sufficiat, & telis possit occurrere minoribus sine clipeis assumptis: ne sit, quod usu plerumque evenit, pro armorum latitudine silvarum densitas inaccessa, & amittatur armorum enormitate refugium. Ad omnia tamen repentina subsidia militarem viam levibus portatum vehiculis ascogefri comitetur auxilium: quo facilius & latior fluminum superetur occursus, & effugiendi trans fluvium, si res ita tulerit, facilitas offeratur. Persarum sane gens cui præter cæteras nationes & dolus cordi est, & corpori suppetit virtus, quadratis est agminibus, & majori bellorum apparatu superanda. Ubi etiam machinarum est omnis quam retulimus industria proponenda, quæ & vi-

Edit. Parif. pag. 188. ribus resistat ', & dolos callidæ gentis refutet. In hujusmodi igitur congressibus tichodifrus duorum gestatus ministerio virorum, protegat balistam multum bellicis subsidiis profuturam. Sub ipsius ergo tichodifri tegmine latentes scutati usque ad viciniam pugnaturi hostis adveniant, qui post detecti protegendi sunt ab omni telorum nube, ejusdem tichodifri tabulatis, ut meminimus, acutis ferreis communitis. Cum vero inclinatum hostium pondus fugæ præsidia meditetur, falcatis curribus exercenda victoria est, quibus fugientium poplites incidantur. Ubi tamen angustiora loca agmen nequaquam explicari permiserint, coartatam aciem longus machinarum sive tormentorum ordo circumdet, ne constrictum latus liberior hostis infestet. Erit tamen utilior cura, si duplex animalium numerus ad subvectionem tormentorum ducatur, ut sit copia in dubiis rebus vel lassitudini vel casibus subvenire.

De limitum munitionibus.

Est præterea inter commoda reip. utilis limitum cura, ambientium ubique latus Imperij, quorum tutelæ assidua melius castella prospicient. Ita ut millenis interjecta passibus stabili muro *pag. 189.* & firmissimis turribus erigantur, quas quidem munitiones possessorum distributa sollicitudo sine publico sumptu constituat, vigiliis in his & agrariis exercendis, ut provinciarum quies circumdata quodam præsidii cingulo inlæsa requiescat.

De legum vel juris confusione purganda.

Divina providentia, Sacratissime Imperator, domi forisque rei publicæ præsidiis compositis, restat unum de tua serenitate remedium ad civilium curarum medicinam, ut confusas legum contrariasque sententias, improbitatis rejecto litigio, judicio augustæ dignationis illumines. Quid enim sic ab honestate consistit alienum, quam ibidem studia exerceri certandi, ubi justitia profitente discernuntur merita singulorum?



ALTERCATIO HADRIANI AUGUSTI, ET EPICTETI PHILOSOPHI.

Edit. Parif. pag. 190.

HADRIANUS. QUID erit nobis si cinctum solvas, neque nudaberis ipse? respice corpus, quo & doceri possis.
EPICTETUS. Epistola est.
HAD. Quid est epistola? EPICT. Tacitus nuncius.
Quid est pictura? Veritas falsa.
Quare hoc dixisti? Videmus enim poma picta, flores, animalia, aurum, argentum, & non est verum.
Quid est aurum? Mancipium mortis.
Quid est argentum? Invidiæ locus.
pag. 191. Quid est ferrum? Omnis artis instrumentum.
Quid est gladius? Regimen castrorum.
Quid est gladiator? Sine crimine homicida.
Qui sunt qui sani ægrotant? Qui aliena negotia curant.
Qua ratione homo lassus non fit? Lucrum faciendo.
Quid est amicitia? Concordia.
Quid est longissimum? Spes.
Quid est spes? Vigilanti somnus, expectanti dubius eventus.
Quid est quod homo videre non potest? Alterius animum.
Qua re peccant homines? Cupiditate.
Quid est libertas? Innocentia.
Quid regi & misero commune est? Nasci & mori.
Quid est optimum ac pessimum? Verbum.
Quid est quod alii placet alii displicet? Vita.
Quid est optima vita? Brevissima.
Quid est certissimum? Mors.
Quid est mors? Perpetua securitas.
Quid est mors? Timenda nulli, si sapiens degat,
pag. 192. Inimica vitæ, Numen animantium, Metus parentum, Liberorum præda, Testamenti gratia, Post obitum sermo, Supremæ lachrymæ, Post memoriam oblivio, Fax rogi, Onus sepulchri, Titulus monumenti, Mors omnium malorum finis est.
Quare mortuus coronatur? Agonem se vitæ transegisse testatur.
Quare mortuo pollices ligantur? Ut parem post obitum esse se nesciat.
Quid est vespillo? Quem multi devitant, & nemo effugit.
Quid est rogus? Contentio crediti, persolutio debiti.
Quid est tuba? Belli incitamen, Castri signum, Arenæ admonitio, Scenæ commissio, Funeris deploratio.
Quid est monumentum? Saxa stigmosa, otiosi viatoris spectatio.
Quid est homo pauper? Quem ut puteum desertum omnes aspiciunt, & suo loco illum relinquunt.
Quid est homo? Balneo similis. Prima cella tepidaria unctuaria, infans natus perungitur. Secunda cella, sudatoria, pueritia est. Tertia cella assa perferentaria juventus. Quarta cella frigidaria, senectus, omnibus æquat sententiam. pag. 193.
Quid est homo? Pomo similis. Poma ut in arboribus pendent, sic sunt & corpora nostra, aut matura cadunt, aut, si cito, acerba ruunt.
Quid est homo? Sicut lucerna in vento posita.
Quid est homo? Loci hospes, Legis imago, Calamitatis fabula, Mancipium mortis, Vitæ mora, Quo fortuna sæpe suos ludos facit.
Quid est fortuna? Ut matrona nobilis, quæ in servos se impingit.
Quid est fortuna? Sine judicio proxima meta, Alienorum bonorum casus, Ad quem venit, splendorem ostendit, A quo recedit umbram facit.
Quot sunt autem fortunæ? Tres; una cæca, quæ ubilibet se impingit. Et alia insana, quæ concedit, cito aufert. Tertia surda, quæ miserorum preces non exaudit.
Quid sunt dii? Oculorum signa, Mentis numina. Si metuis, timor est. Si contines, religio est.
Quid est sol? Splendor orbis, qui tollit & ponit diem, per quem scire nobis cursum horarum datur. pag. 194.
Quid est luna? Diei adjutrix, Noctis oculus, Fax tenebrarum.
Quid est cælum? Culmen immensum.
Quid est cælum? Aer mundus.
Quid sunt stellæ? Fata hominum.
Quid sunt stellæ? Litteræ gubernatorum.
Quid est terra? Horreum Cereris.
Quid est terra? Cellarium vitæ.
Quid est mare? Iter incertum.
Quid est navis? Domus erratica.
Quid est navis? Ubilibet hospitium.
Quid est navis? Numina Neptuni, Anni cursuum tabellarium.
Quid est Nauta? Amator Pelagi, Firmi desertor, Contemptor vitæ mortisque, Undæ eliens.
Quid est somnus? Mortis imago.
Quid est nox? Laboranti requies, Grassanti lucrum.
Quid est culcitra? Insomnis volutatorium.
Quare Venus nuda pingitur? Nuda Venus picta, nudi pinguntur amores. Quibus nuda placet, nudos dimittat oportet.
Quare Venus Vulcano nupta est? Ostendit amorem ardore incendi.
Quare Venus straba est? Quia pravus est amor.
Quid est amor? Otiosi pectoris molestia, In puero pudor, In virgine rubor, In fæmina furor, In juvene ardor, In sene risus, In derisore delicti nequities est. pag. 195.
Quid est Deus? Qui omnia tenet.
Quid est sacrificium? Delibatio.
Quid est sine societate? Regnum.
Quid est regnum? Pars deorum.

Quid est Cæsar? Publicæ lucis caput.

Quid est Senatus? Ornamentum urbis, Splendor civium.

Quid est miles? Murus Imperii, Defensor patriæ, Gloriosa servitus. Potestatis indicium.

Quid est Roma? Fons Imperii orbis terrarum, Mater Gentium, Rei possessor, Romanorum contubernium, Pacis æternæ consecratio.

Quid est victoria? Belli discordia, pacis amor.

Quid est pax? Tranquilla libertas.

Quid est forum? Templum libertatis, Arena litigantium.

Quid sunt amici? Statuæ aureæ sunt.

Quid est amicus? Pomo citreo similis, foris beatus, nam intra pectus acidum occultat malo. Edit. Pan. pag. 136.

Quid sunt parasiti? Qui tamquam pisces adescantur.

FINIS.



CLARISSIMO VIRO D.
ANDREÆ Edit. Parif. pag. 197.
VESALIO,
INVICTISSIMI
CAROLI AUGUSTI
MEDICO,
SIGISMUNDUS GELENIUS Salutem,

*CUM opus hoc tot seculis abditum, in lucem tandem prodire ex officina Frobe-
niana litteratorum commodis jam dudum deditissima gestiens patronum sibi quæ-
reret; merito conveniens visum est, Vir doctissime, ut ad te Imperatoris sum-
mi medicum, iret Imperium tam graphice depictum: quandoquidem ipsi Augusto forte
non vacat nunc hæc prisca cognoscere. Ordinavit primum, ut erat necesse mutata re-
publica, ejus provincias ille Augusti nominis conditor, dispositis per limites & cætera op-* pag. 198.
*portuna loca legionibus. crevit post hunc provinciarum numerus Adrianum usque Cæsa-
rem: qui multa novavit circa dispositionem harum: mansitque ejus institutum usque Dio-
cletianum feralem piis principem: quo tempore ascito in rerum fastigium Maximiano col-
lega potestatis sacrosanctæ, sub duobus Augustis totum orbem Romanum moderantibus,
dignitates etiam inferiores duplicatæ sunt: ac populo post jubente Constantino religiosissi-
mo Cæsare Orienti quoque nova Roma addita. Mutaverunt & successores quædam,
pauca tamen. At in hac postrema dispositione, quæ usque fatales illas barbarorum ir-
ruptiones paulo post secutas duravit, tam concinnus ordo est, ut si quis observet parti-
tionem, primum in diœceses, mox in provincias, ceu majora minoraque membra totius
corporis; ad hæc Rectorum tam civilium quam militarium quosdam gradus: dignitates
item palatinas ac officia, tum minores apparitiones celsarum potestatum, suis quæque lo-
cis apte disposita, res ipsæ satis declarent nomina sua, tametsi quædam non admodum
protrita, nec passim apud vetustiores obvia. Unus Ammianus Marcellinus lucis aliquid
potest his addere, & ipse recipere non parum. Expectabamus & beati Renani explica-* pag. 199.
*tionem vocum aliquot recentiorum: sed dum cunctatur, fato concessit re infecta, nisi
quod luculentam Illyrici descriptionem, hic adjectam, reliquit. Quia vero in hoc codice
crebra fit mentio Ducum atque Comitum, quæ dignitates hodieque proxime regiam sunt,
libet quæ de harum origine observavimus, compendio dicere. Utcumque rei Romanæ
summa post quingentesimum ferme annum rursum ad unum caput rediit, non continuo
tamen omnis antiquata est Senatus auctoritas. nam Cæsar Octavianus, princeps popu-
li Romani appellari voluit, non rex, tribunitia potestate contentus, omissa dictatoria.
nec a Tiberio, molesto licet principe, extorqueri sibi passi sunt patres conscripti id quod
Augustus reliquum ipsis fecerat. Primus Caligula ex professo dominum egit, ac ne dia-
demate quidem abstinuit. quo cæso Senatus injuriæ memor, Cæsarum gentem ac nomen
decrevit tollere. & fecisset, ni coactus fuisset militum Clandio faventium violentiæ ce-
dere. Secuti aliquanto post meliores principes habuerunt suum honorem amplissimo ordi-* pag. 200.
*ni, & in primis Adrianus, qui quidem Adrianus tandem Senatum in aulam suam
quodammodo transtulit. nam receptis Senatorum optimatibus in amicorum cohortem, quæ
superiorum Imperatorum tempore promiscue constare solebat ex equestri ordine ac senato-
rio, domesticum quemdam Senatum circa se habuit: qui quoniam is continuatis pene de-
lectaretur peregrinationibus, comitatus Cæsaris dici cœptus est, & ipsi amici Comites.
eorum consiliis atque opera in bello ac pace usus est. unde sicut palatinas aliquot digni-
tates legimus, Comitem largitionum, Comitem privatarum, & cæteros: ita rei militaris
Comites varios. Erant jam tum apud Germaniæ quoque reges, quorum populi deinde
inundaverunt in Occidentis provincias similes domestici proceres, virtute rerumque usu
eximii, & ipsis regibus conjuncti genere, quos ideo Regales Regulosve Romani tum vo-
cabant, Graviones dictos lingua patria. unde compositæ voces, Landgravii, Marcgra-
vii, Pfaltzgravii, Burggravii, quos Latine licet Comites provinciæ, limitis, palatii,* pag. 201.
*arcis præsidiique dicere. Sed apud Romanos primus divus Constantinus Augustus, quo
militaribus gratificaretur, lege cautum voluit: ut qui agri, villæ, oppida, Comitibus
& Ducibus, atque adeo Præfectis quoque tribunisque emeritis assignabantur ad hone-*

ſtum victum, & parochiæ tum, quaſi dicas præbendæ, vocabantur, ad heredes tranſirent: atque ita opes acceſſerunt dignitatibus. quem morem & Longobardi reges imitati ſunt, diviſeruntque in Ducatus atque Comitatus totam ſibi ſubjectam Italiam. Sed priſci illi Comites dignitate Ducibus pares erant, poteſtate quidam majores etiam. nam Comes Orientis præerat in bello paceque Præſidibus amplarum quindecim provinciarum. Erant & Comites rei militaris in aliquot provinciis, qui militem curabant, relicta juriſdictione Præſidibus. idem in aliis provinciis faciebant Duces, nomen olim in liberis civitatibus officii magis quam dignitatis aut poteſtatis. tunc enim poſt Imperatorem honorati erant in militia, Legati, Tribuni, Præfecti. Cæterum hæc
Edit. Pariſ. pag. 202. *Notitia, dum Romana res ſtaret, adſervata penes Primicerium notariorum, & tandem afflicto ac pene exciſo Imperio, cum cæteris ſpoliis in barbarorum manus delata, nunc demum ex ultimis Britannis antiquariorum ſtudiis repetita, innoteſcit auſpicio felici tui nominis, æque clari ac gratioſi apud omnes quibus cordi ſunt bonæ litteræ. Tu vero qui inſtauratorem priſtinæ amplitudinis Imperii Carolum Auguſtum conſervas tuerisque ope divina verius quam Apollinea, fruere hoc egregio ſpectaculo, quod ſubjicit oculis univerſum veterem ſtatum Imperii ſimulque partes ejus ſingulas, hoc eſt, Italiam almam & Orientis Occidentiſque provincias, alias togatas, alias palliatas, nonnullas ut in mira amplitudine, cultu linguaque ſemibarbaras: priſcas item ac recentiores dignitates, ſive civiles, ſive militares, ſive aulicas: Præfectos prætorio, Magiſtros militum, Proconſules, Conſulares, Præſides, Comites Duceſque: & ſub iis legiones peditum alaſque equitum vel cataphractorum vel ſagittariorum, eaſque inſigni-*
pag. 203. *tas propriis armis variegataſque, ne cujus virtus in obſcuro eſſet, quoque magis caveretur ignominia: ad hæc auxiliares utriuſque generis ex fœderatis mercenariiſve barbaris, una excubantes per ſuas ſtationes pro incolumitate publica. Fruere, inquam, ſed non abſque rivalibus hac pulcherrima imagine, invitante viros fortes ad æmulationem majorum, litteratis vero uberiorem cognitionem rerum ſuppeditante: & meam fidem, quam tibi dudum obſtrinxeram, liberam nunc exiſtima. Equidem cupiebam jam ante extare monumentum aliquod mutuæ noſtræ benevolentiæ: verum tua humanitas hoc quod primum fors obtulit, æqui bonique conſulet. Vale, & ſtudiis quæ exornas, favere perge. Baſileæ, menſe Januario, anno a natali Chriſti ſervatoris* M. D. LII.

ILLY-

Edit. Parif. pag. 204.

I L L Y R I C I
PROVINCIARUM
UTRIQUE IMPERIO
cum Romano tum Conſtantinopolitano ſervientis,

DESCRIPTIO.

Beatus Renanus Lectori S.

CUM Romani Imperii præter eam quæ Romæ erat veterem unicamque ſedem, altera nova conſtitueretur in Oriente apud Byzantium, quæ tum Conſtantinopolis ab auctore & amplificatore ſuo Conſtantino Auguſto dici cœpit, atque ex una Republica duæ Reſpublicæ fierent, Occidentis una, altera Orientis: id quod biceps aquila deſignat (magno ſane errore ejus quem tamen nominare nolo, qui Maximiliano Cæſari perſuadere conabatur ut bicipitis aquilæ ſymbolum pictum ſculptumve quaſi
pag. 205. monſtrum abolari per edictum ubique juberet) accidit ut etiam magiſtratus novi propter eam diviſionem crearentur ad peræquationem quamdam ipſius jam gemini Imperii. Exempli gratia, In Occidente vir illuſtris Præfectus Prætorio Italiæ in ſua latiſſima adminiſtratione etiam ſibi attributas habebat Illyrici provincias ſex (quod ego docendi cauſa Illyricum Occidentale voco, quoniam ad Occidentis Imperium pertinebat) has videlicet: Dalmatiam, Pannoniam primam, Pannoniam ſecundam, Saviam, Noricum mediterraneum, & Noricum ripenſe. Proximus erat cum Præfecto Urbis Præfectus prætorio Galliarum ampliſſimus magiſtratus. Ad hujus ergo ordinationis imitationem, ne quid Orientali Imperio ad ſplendorem deeſſet, præter Præfectum prætorio Orientis, & Præfectum urbis Conſtantinopolitanæ, inſtitutus eſt quodammodo Præfecto prætorio Galliarum reſpondens Præfectus prætorio per Illyricum (ut & Magiſter militum per Illyricum) coi ſubjectæ ſunt duæ diœceſes Macedonia & Dacia, quarum quævis in ſuas provincias rurſum ſubdividitur, quemadmodum in hac charta
pag. 206. licet intueri juxta auctoritatem hujus voluminis quod Notitias Orientis & Occidentis ſcriptura picturaque exprimit, hoc eſt, novas immutati Imperii formulas ſub poſterioribus Imperatoribus, quarum bonam partem dominus noſter Theodericus, quem vulgus Veronenſem appellat, primus ex Germanis per ſacram pragmaticam ſanctionem a Zenone Auguſto in Imperii Occidentalis poſſeſſionem immiſſus & factus, atque a Senatu populoque Romano receptus Cæſar, ſub ſua ditione retinuit. Porro non magis mirum videri debet Illyricum vetus & Occidentale ſub ſe comprehendiſſe Pannonias atque Noricum, quam Illyricum Orientale ad Macedoniam, Theſſaliam, Epirum, Achajam, Cretam & Dardaniam uſque fuiſſe extentum. Sic collibuit Imperatoribus partientibus, atque ad certum ordinem provincias redigentibus.

Illyrici Orientalis diœceſes duæ, Macedonia & Dacia, quæ erant ſub diſpoſitione illuſtris Præfecti prætorio per Illyricum.

Macedoniæ erant provinciæ ſex. pag. 207.

Achaja habebat Proconſulem.
Macedonia habebat Conſularem.
Theſſalia habebat Præſidem.
Creta habebat Conſularem.
Epirus vetus, habebat Præſidem.
Epirus nova, & pars Macedoniæ Salutaris habebat Præſidem.

Daciæ provinciæ quinque.

Dacia mediterranea habebat Conſularem.
Dacia ripenſis, habebat Præſidem & Ducem limitaneum.
Mœſia prima & ſecunda, habebat Præſidem.
Dardania habebat Præſidem.
Prævalitana, & pars Macedoniæ habebat Præſidem.

Illyrici Occidentalis provinciæ ſex, videlicet Dalmatiæ, Pannonia prima, Pannonia ſecunda & Savia, Valeria, Noricum mediterraneum, & Noricum Ripenſe, quæ erant ſub diſpoſitione illuſtris Præfecti prætorio Italiæ. Nam de his accipiendum cum legimus illum præter Italiam & Africam, etiam Illyricum ſub ſe habuiſſe. Proinde voco Occidentale, reſpiciendo ad ſupremam illam adminiſtrationem ac ſedem Præfecti pag. 208.
prætorio Italiæ ad quem provocabatur.

Illyrici Occidentalis provinciæ ſex, videlicet:

Pannonia prima habebat Conſularem.
Pannonia ſecunda.
Savia ſive Pannonia Ripatienſis habebat Correctorem.
Valeria Ripenſis habebat Ducem limitaneum.
Dalmatiæ habebant Præſidem.
Noricum Mediterraneum.
Noricum Ripenſe, habebat Ducem limitaneum.

Huc pertinet quod Sextus Ruffus v. c. in compendio hiſtoriarum ad Valentinianum Auguſtum de utroque Illyrico intelligens Orientali & Occidentali, decem & ſeptem Illyrici provincias enumerat, his verbis, (Habet, inquit, Illyricum decem & ſeptem provincias, Noricorum duas, Pannoniorum duas, Valeriam, Saviam, Dalmatiam, Mœſiam, Dacias duas, & in ditione Macedoniæ ſunt ſeptem, Macedonia, Theſſalia, Achaja, Epiri duæ, Prævalis & Creta.) Hæc ille. Cæterum nemo mirabitur Pannoniam ſive Noricum Illyrico adſcribi, qui cogitabit Illyriorum, qui & poſtea Dalmatæ dicti ſunt, no- pag. 209.
bilitatem vetuſtatemque. Nam ab interiori inſi-

gnoriorique populo etiam extremas ad Danubium vergentes nationes libuit antiquis Illyriorum vocabulo generatim complecti. Quam rationem secutus Julius Cæsar scribit Rhenum flumen Sequanos, Mediomatricos, & Treviros præterlabi, clarissimorum populorum fines tam late extendens. Ergo provinciæ istæ Illyrico accensebuntur propter primævam originem, quam posteriori tempore gubernationis causa facta divisio consecuta est. Nolo primi Illyricarum gentium conditoris Illyrii illius Polyphemi Galateæque filii genus posteritatemque prolixius recensere, quod ab aliis fieri video. In primis meminerimus Diœceses Episcopales Christianæ religionis multis certissimisque indiciis Romanam antiquitatem nobis repræsentare. Notum autem est priusquam Vienna ac Nova civitas proprios episcopos impetrassent, quem antistitem agnoverint. Adeo omnia ad interiores nationes propter originem nobilitatemque referuntur. Quinetiam certum nobis testimonium diligentissimus Geographorum Strabo præbet, cum libro septimo Illyricas provincias Istro Alpibusque contiguas assedicit, Italiamque inter & Germaniam sitas. Intelligit autem Germanorum nomine cum scribit Illyricorum loca Italiam & Alpes, Germanos & Dacos ac Getas attingere, Marcomannos præcipue infra quos Quadi habitabant, utrique trans Danubium, ubi adhuc est Marcomannorum campus, & Ungaria transdanubiana versus Septentrionem in Quadorum regione. Subditque Strabo descriptis Illyricis Alpibus quas a Vindelicis, hoc est Bavaris montanis inchoare dicit, Reliquam, inquiens, plagam Pannonii obtinent, usque ad Segesticam atque Istrum ad Septentrionem atque Orientem. Ad alias autem partes amplius etiam porriguntur. Et post multa addit sui temporis Imperatores Polam usque, oppidi in Istria nomen est, terminos Italiæ extendisse. Quid ergo mirum si istas supra nominatas provincias Illyrico propter originis & vetustatis nobilitatem, atque Præfecturæ Prætorianæ Italiæ subjectas legimus? Etenim Prætorii Italici jurisdictio Pannoniam Secundam inter provincias Occidentalis Imperii ultimam complectebatur cum Savia atque Valeria, ad cujus finem Orientalis administrationis initium erat. Debet autem præter omnia ista, auctoritas Imperatorum nobis pro lege esse. nec obstat quod hujusmodi, sive divisiones terrarum, sive conjunctiones apud auctores vetustiores diserte non occurrunt. Multa namque excogitavit posteritas, dum provincias plerasque rursum per primæ & secundæ nomenclaturam distinguit. Id quod apud antiquissimos scriptores non reperias. Videre vero licet Illyrici vetustam amplitudinem eo quod Appianus Græcus scriptor quicquid provinciarum citra Alpes est, a Romanis Illyrico attribui scribit, etiam Rhetias ipsas, ut de inferioribus istis provinciis, de quibus nobis disputatio est, minus sit mirandum. Atque hinc multorum auctorum loca melius intelligentur, ut cum Ausonius canit:

Edit. Paris. pag. 2tn. — pag. 512.

Illyricis regnator aquis tibi Nile, secundus
Danubius lætum profere fonte caput,

nimirum propter Savum ex Carnicis Alpibus, & Dravum e Noricis atque alios fluvios provinciarum inferiorum in Danubium exonerantes: Et cum Herodianus tradit, Illyricas gentes solas discrimen facere inter Italiam & Germaniam, ut de Ammiano Marcellino & aliis taceam: Item quod de Occidentali Illyrico accipiendum sit, cum codicis Theodosiani libro nono Imppp. Grat. Valent. & Theod. A.A.A. ad Flavianum PF. Illyrici & Italiæ scribunt: ut de Orientali Illyrico, quoties simpliciter Illyricum nominant ad Thalassium & simileis Præfectos prætorio passim scribentes. Cæterum nihil clarius totam rem indicat quam antiquum illud volumen quod Notitias cum Orientis tum Occidentis continet, cujus supra meminimus, a quo dissentire nefas. unde & præcedens descriptio desumpta est, pauculis adjectis crassiore, quod ajunt, musa, quo vetustas illustraretur. Vale Lector & felix esto. pag. 2ta.

CLARISSIMO J. C.

JOANNI PELORDÆ *Edit. Paris. pag. 213.*

SENATORI,

CONSERVATORIQUE

BITURIGUM.

ANDREAS ALCIATUS Salutem.

CUM primum in hanc urbem veni, Optime Conservator, propiusque te cœpi co-
gnoscere, nihil antiquius habui quam ad amicitiam me tuam insinuare. Vide-
bam enim ea te esse doctrina hominem, iis moribus, ut mihi merito exoptan-
dum esset quam proxime tecum jungi. Nec tu hac in re ullam moram fecisti, quin ad-
venientem ultro exciperes, summaque benevolentia complecterèris, in diesque aliis super
alia beneficiis sic exornasti, ut paria tecum facere posse desperem. Quod unum supere-
rat, ut amoris erga te mei monumentum tum aliquod statuerem, nuper mihi præstita
est occasio. Latebat inter scrinia mea hic libellus perpetuis ob frequentes nævos a me pag. 214.
damnatus blattis, quem cum in manus accepissem existimavi operæpretium me facturum
si a situ tenebrisque redemptum perpurgarem, & tuo nomini dicatum ederem. Dubitavi
(ut verum fatear) sæpius, & parum absuit, quin supprimerem, quoniam non sat di-
gnus videbatur, qui doctorum oculos auresve morari posset. Scripserunt ante me hujus
argumenti libros cum plerique veteres, tum & recentiores non pauci, qui proculdubio lu-
minibus nostris possunt obstruere. Verum cum rursus perpenderem veteris eos Reipublicæ
magistratus solum explicare, nihil momenti ad legalem nostram professionem conferre:
ad hæc, aliud in præsentia mihi non esse, quo animum erga te meum testarer, muta-
vi sententiam, & quos præjudicio quodam fere damnaveram, absolvi. Erunt qui de-
buisse hæc me omnia diffusius tractare existimabunt, & quid de his apud omnes aucto-
res annotaveram, hoc libello congerere: sed aliud mihi consilium fuit. Attigeram ple-
raque cum tres Justiniani Codicis libros adolescens adhuc castigavi (erantque qui jure
amicitia qua τὰ τῶν κοινὰ φίλων in alios suos ejusdem argumenti libros redegerant) atti- pag. 215.
geram in Dispunctionibus, in libello De singulari certamine, aliisque in locis, quæ suo
loco moveri non nisi incommode poterant. Verum nec eorum sententiam unquam pro-
bavi, qui omnia quæ ab aliis ubi ubi dicta sunt, eodem loco collecta parataque habere
volunt, verbososque hac ratione commentarios fieri nihil curant: cui sententiæ nostræ si
& tu calculum adjeceris, non erit quod mei hujus consilii me pœniteat. Vale.

Edit. Paris. pag. 216.

ANDREÆ ALCIATI
JURISCONSULTI,
DE MAGISTRATIBUS,
civilibusque & militaribus Officiis.

CUM multa sunt in jure nostro non satis hactenus intellecta, tum is maxime tractatus expositione indiget, qui ad eos magistratus pertinet, quorum in primo Digestorum libro mentio habetur. Quamvis enim ab interpretibus multa afferantur, ad Imperatorum potestatem, & Proconsulum, Præsidum, Procuratorum Cæsaris, Juridici Alexandriæ, officium spectantia, non tamen rem omnem ita explicant, ut studiosis satisfacere possint. Nam cum ea munera antiquis Jurisconsultis cognitissima essent, non existimaverunt operæpretium se facturos, si longo sermone in eorum explanatione commorarentur. At in præsentia propter Latinarum litterarum diuturnam calamitatem, cum ex Jurisconsultis plena cognitio haberi nequeat, pag. 217. vix quicquam superest unde in certiorem semitam deducamur, nisi recentiorum conjecturas, &, ut ipsi vocant divinationes, pro exploratis rebus recipere velimus. Itaque ut huic quoque parti pro virili opem feramus, quæ ad hunc tractatum pertinentia ex antiquis auctoribus collegi, in medium proferre, & cum studiosis communicare constitui.

Sciendum igitur Romani Imperii originem a Romulo Regibusque cœpisse: ab his latæ sunt leges, quas Regias vocant. Is Romulus ex antiquioribus civitatis centum Patres elegit, qui ordo Senatorius dictus est: ad hunc decernendi jus pertinebat, quæ ex toto Regno ad eum deferrentur. Sed & sacra facere, jus dicere, magistratum gerere, soli patricii poterant. Quoties vero vel leges sciscendæ, vel magistratus creandi, vel bella decernenda erant, tum populus Romanus ipse consulebatur, ad cumque hujusmodi negotiorum jus pertinebat. Idque Dionysius Halicarnasseus diffuse explicat. Exactis deinde Regibus, plebis potestas multum aucta est, pag. 218. cum secessione facta, a Senatoribus extorsisset, ut ex corpore suo Magistratus crearentur, qui Tribuni plebis dicti sunt. Sacrosancti hi erant, summæque auctoritatis, ut qui Senatusconsultis intercedere possent. Et quamvis a principio latæ ab his leges, quas plebiscita vocant, Patricios non obligarent: tamen lege Hortensia constitutum deinde est, ut eo jure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur. Sic acerrimum telum plebi adversus nobilitatem datum est. Fuit & de eo controversum, quod majores Magistratus ex Plebe creari Patricii prohibebant, donec & hoc obtentum fuit ut alter Consul plebejus esset. Cœpere deinde C. Sempronii rogationibus judicia cognoscere. Is enim equestrem ordinem in eorum possessione locavit, unde turbulentæ seditiones ortæ. Constatque C. Marium, & L. Syllam, qui ea Senatui demum reddidit, vel hac de re præcipue contendisse, unde & bellorum civilium maxima incendia orta sunt. Cum dein pro Senatu Pompejus arma sumeret, Marianasque partes, quæ plebem tuebantur, Cæsar sequeretur: oppressaque per eum, & dein Triumviros Repub. cum in C. Octa- pag. 219. vium Cæsarem omnia cessissent, novum ipse regimen induxit. Nec enim Regem se, aut Romulum, quod odiosus superbusque is titulus esset, appellari est passus: sed Romano vetérique nomine Imperator & Augustus dici voluit. sumpsitque censuram & Tribunitiæ potestatis jus, & Max. Pontificem se inscripsit, Patrisque patriæ titulum a Senatu populoque Romano accepit.

Sane ejus nominum rationem sic Dion exequitur, ut qui Imperatores appellati sunt, delectum facere, milites conscribere, pecunias colligere, hostibus bellum indicere possint. Iidem & pacem sanciendi, summum supplicium etiam de Senatoribus sumendi, jus habeant. solitos fuisse priscos Duces sic appellari, Tacitus libro tertio auctor est. Illi enim re bene gesta gaudio & impetu victoris exercitus ea salutatione conclamabantur: erantque plures simul Imperatores, nec supra cæterorum æqualitatem: concessum ad eam similitudinem id vocabulum est quibusdam & ab Augusto & a Tiberio aliisque successoribus. Censores autem vitam moresque nostros examinant, & de eis pag. 220. inquirunt, census rationem ducunt, professionem curant, & pro meritis hos de albo eximunt, illos deligunt: quod & diffusius in Valeriani vita apud Trebellium traditur. Ad Pontifices vero Max. Sacerdotiorum conferendorum jus pertinet, sacris enim omnibus auspiciisque illi præsunt. Tribunitiæ jus potestatis eam ob causam sumpsit, quod sacrosancta ea dignitas neminique violabilis esset. Nam & si in re levissima solo sermone, nedum facto, Tribuni majestatem quisquam contempsisset, tamquam abominabilis & sacer indicta causa ad mortem adigebatur. Et hâs quidem dignitates Octavius accepit, in successoresque suos transmisit, quo potentius illustriusque Imperatorium nomen faceret. Concessum præterea & illud fuit, quod ante eum antiquorum nemini, ut legibus solutus esset. Significat hoc, inquit Dion, ab omni legum necessitate liberum, nullique juri scripto obnoxium: ut qui absque illa disquisitione omnem Regum potestatem haberet, quamvis nomine abstineret. Patris vero patriæ cognomentum pag. 221 apud antiquos, observationis cujusdam paternæ significatio erat, quod hoc numine illustrati Principes, omnes quoscumque sibi subessent, ceu filios amarent, illique eos vicissim tamquam patres venerentur. Quamvis Imperatoribus alia quoque nominis ratio reddi posset: nimirum quod hi in nos eam potestatem exerceant, quam antiquitus parentes in filios habuerunt, hoc est vitæ & necis. Cogitavit etiam plerumque Augustus de reddenda Republica. Cumque in Senatu sententiam suam exposuisset, rationarium Imperii tamquam istud restiturus Consulibus tradidit. Sed Senatoribus sive per simulationem, sive metu, sive etiam ex composito reclamantibus, variasque rationes afferentibus, cur Reipublicæ Monarchia præstaret, in Principatu perseveravit, Deos hominesque testatus intra decennium se omnem administrationem depositurum. Sed cum ea tempora lapsa essent, rursusque ejurare velle Imperium simularet, Senatus alios decem annos, quibus in eodem magistratu esset, decrevit: atque iterum alia decem annis,

Edit. Parif. pag. 222. quibus ipse dein extinctus est, propagavit. Quam-
obrem inde observatum est, ut ejus successores,
quamvis donec vixerint perpetuam administratio-
nem recipiant, tamen singulis decem annis cele-
berrimos ludos faciant: tamquam principatum re-
novent. Ea festa decenalia, vicenalia, tricena-
liaque appellata sunt. Arelate Constantinum trice-
nalia celebrasse, theatralesque & Circenses ludos
ambitioso apparatu edidisse, auctor est Ammia-
nus. Vovebantur autem hi ludi in proximos de-
cem annos. Quapropter in antiquis nomismatis
plerumque hujusmodi inscriptio cernitur: VOT.X.
VOT.XX. hoc est votis decenalibus, vicenalibus-
que. Trebellius quoque in vita Gallieni: Convo-
catis, inquit, partibus decenalia celebravit, no-
vo genere ludorum, nova specie pompatum, ex-
quisito genere voluptatum. Nazarius in Pane-
gyrico: In destinatis, inquit, decennis jam vo-
ta properantia, & spes volucres constituerunt.
Sed & Mamertinus: Reservo orationem quam
quinquennio exacto decenalibus tuis dicam. Ex-
tat Romæ in Lateranensi Basilica Senatuscon-
sultum æreis inscriptum notis, quo potestas Vespa-
pag. 223. siano Imperatori data cognosci potest. Licere
enim illi fœdus quibuscum volet sancire, Senatum
habere, remittere, Senatusconsultum per relatio-
nem, discessionemque facere. Si ejus jussu vel man-
dato eove præsente Senatus haberetur, perinde ser-
vari, ac si ea lege Senatus convocatus esset. Si
quos magistratus Senatui P.Q.R. commendasset suf-
fragatione ve sua adjuvisset, eorum comitiis etiam
extra ordinem rationem habendam. Fines pome-
rii cum e Republica censebitur, proferre ei licere.
Quicquid ex usu Reipublicæ, divinarum, humana-
rum, publicarum, privatarumque rerum esse exi-
stimabit, ei agere facere jus potestatemque esse.
Quibus legibus plebiquescitis scriptum esset, ne Au-
gustus Cæsar teneretur, eisdem & eum solutum es-
se. Acta, gesta, decreta ab eo, etiam ante illud
Senatusconsultum, perinde rata haberi, ac si po-
puli plebisque jussu acta essent: si ejus concessionis
causa aliquid adversus leges factum esset, fraudi ne-
mini esse, neque quicquam ob eam rem populo da-
ri debere, nec cui de ea re actionem judicationem-
pag. 224. que dandam. Quæ tam ampla auctoritas Vespa-
siano præstita, videtur mihi formula esse ejus po-
testatis quam sibi Imperatores attribuebant. Scri-
bunt Jureconsulti, lege Regia, quæ de Imperio
Augusti lata est, populum Romanum omne suum
imperium & potestatem concessisse. Idcirco autem
legem eam Regiam appellari arbitror, quod Ro-
muli constitutione ad populum jus Regis creandi
pertineret. Unde a Tarquiniis Servio Tullo obji-
ciebatur (ut T. Livius inquit) quod injussu populi
Regnum invasisset. Cum ergo Augustus a populo
Romano Imperator creatus est, videtur Regiæ le-
gis observatio in usum revocata, quamvis Regiam
plane potestatem ille numquam usurpavit, sed sua
populo, sua Senatui munia obire permisit. Comi-
tia enim magistratuum tum quoque celebrabantur,
conveniebantq; Tribus omnes, candidatosque po-
puli arbitrio deligi ille sinebat, si modo eos appro-
basset: nec enim quicquam ab his fieri permitte-
bat, quod præter animi sui sententiam esset: cu-
rabatque id maxime, ne indigni, aut quibus jus
capessendi honoris erat, per ambitum legibus eri-
pag. 225. perentur. Quod & a Tiberio aliquoties observa-
tum, donec id juris penitus sibi vendicavit, tradi-
ditque successoribus, ut necessario in urbe Roma
Lex Julia de ambitu cessaverit. Senatoribus quo-
que Augustus non parum detulit, ex his enim quin-
decim sortiri jussit, qui sibi sex mensibus in consi-
lio essent: plerumque & ipse sententiam in Sena-
tu dicere, una cum amplissimo ordine decernere.
Ad hæc, judicia Senatui permisit, cujus juris cau-
sa antea toties armis certatum fuerat: sicque pu-
blica negotia & privatorum maxima tractabantur.
Omnium præterea provinciarum quæ sub Imperio
Rom. erant, formulam ita divisit, ut aliæ Pro-
consulares, aliæ Prætoriæ, aliæ Præsidales essent.
Proconsulares Senatui, Prætorias populo deman-
dandas tradidit. In Præsidales ipse Legatum suum,
qui nunc Præses, nunc Legatus Cæsaris eam ob
causam dicebatur, mittebat. Deinde factum est,
ut etiam Pretoriæ in Senatu per sortes decerneren-
tur: nimirum sublatis ab Imperatoribus comitiis,
qui conventum populi formidolosum existimabant.
Scribit Strabo libro ultimo, omnes Provincias, pag. 226.
alias Cæsari, alias populo attributas: ex his quæ
ad populum pertinebant, Proconsulares & Præ-
torias constitutas, quod videlicet viri consulares,
vel prætorii ad eas regendas mittebantur. Erant
autem hujusmodi provinciæ imbelles, & quæ mi-
litari præsidio non indigebant, neque proximos
Barbaros habebant. Quæ enim validiores, & le-
gionum ope indigentes, sibi conservavit: eo vide-
licet prætextu, quod populo pacatiora quæque &
pulchriora concederet, ipse difficiliora, periculis-
que & laboribus exposita retineret. Sed re vera (si
Dioni credimus) ut in manu sua res omnis milita-
ris esset, Senatus autem populusque inermis Rem-
publicam repetere non auderet. Proconsulares pro-
vincias fuisse Libyam & Asiam citra Taurum,
Strabo auctor est. Prætorias vero, in Hispaniis
Bæticam, in Gallis Narbonensem, tum Sardi-
niam cum Corsica, Siciliam, Illyricum qua in
Macedoniam vergit, Cretam, Cyreniacam, Cy-
prum, Bithyniam cum Ponto. Commutabantur
tamen plerumque arbitratu Principis. Hinc Lam-
pridius in Alexandri vita, Provinciarum alias
Prætorias, Præsidales plurimas fecit, Proconsu- pag. 227.
lares ex Senatus voluntate ordinavit. Svetonius
in Claudio: Provincias Achajam & Macedoniam,
quas Tiberius ad curam suam transtulerat, Sena-
tui reddidit. Scribit Rufus in eo quem edidit libel-
lo De Rom. Imperii accessione, omni ex Africa
sex provincias esse factas, quarum Carthago,
Numidia, Cyrenensis, Consulares erant: Tri-
polis & Mauritaniæ duæ, Sityphensis & Cæsarien-
sis, Præsidales. Pari quoque numero divisas His-
panias, in quibus Bætica & Lusitania Consulares:
Tarraconensis, Carthaginensis, Gallitia, Insu-
laris, quæ & trans fretum, Præsidales. Sed &
quandoque Imperator Legatos suos seu Præsidales
in aliquam Provinciam missos consulari potestate
ornabat, ut videlicet ejus essent auctoritatis cujus
Proconsules. Sic C. Plinius Cæcilius Præses pro-
vinciæ Ponti consulari potestate fuit, ut in anti-
quis marmoribus annotasse me memini. Major
autem Proconsulum dignitas quam Legatorum ideo
erat, quia non nisi Senatores Consularesque viri
provincias sortiebantur: cum ex Equestri ordine
etiam Præsides eligi possent. Sane Proconsulum
magistratus annuus, Præsidum certus finis non erat, pag. 228.
sed in officio perseverabant, donec successor a
Cæsare mittebatur. Idque in Augusti vita etiam
Tranquillus attestatur. Jus autem milites deci-
mandi, civicaque corona donandi Proconsulibus
fuisse Tacitus libro tertio ostendit. Idem 15. au-
ctor est, Qui Senatores filiis carerent, Provincias
Præturasque inter Patres sortiri non potuisse. Se-
natusque consulto cautum, ne fictæ adoptiones
ulla in parte publici muneris orbis prodessent.
Graviorem autem provinciis Proconsularem fuis-
se administrationem quam Præsidum, idem osten-
dit: dum libro primo tradit, Achajam & Mace-
doniam onera deprecantes, Proconsulari imperio
ad præsens levatas, Cæsarique traditas esse. Cu-
jus rei eam rationem suspicor, quod Proconsula-
rium provinciarum vectigalia & tributa publica
pop. Rom. erant, & ad ærarium pertinebant, ne-
que ea diminuendi Proconsuli jus esset. Quæ vero
Præsidibus in provinciis colligebantur, ad Princi-
pem ejusque fiscum spectabant, jusque illi remit-
tendi erat. Hoc enim differt ærarium a fisco, quod pag. 229.
illud publicum, hoc est populi Romani: fiscus
Principis est. Quod apertissime C. Plinius in Pane-
gyrico ad Trajanum Cæsarem ostendit: At for-
tasse non eadem severitate fiscum qua ærarium co-
hibes? Imo tanto majore, quanto plus tibi licere

de tuo quam de publico credis. Hinc est quod maxima in Proconsularibus provinciis Procuratores Cæsaris erant. Qui ea procurabant quæ ad Cæsarem ipsum seu fiscum pertinerent, his varia potestas attributa a Principibus fuit. Tiberius jus in servitia familiaresque pecunias solum dedit, adeo ut Lucilium Capitonem procuratorem in Asia suum a Senatu damnari permiserit, quod præscripta mandata excessisset, vimque Prætorum usurpasset. Amplius Claudius Cæsar concessit, effecitque ut Senatusconsulto caveretur, parem vim rerum habendam a Procuratoribus suis judicatarum, ac si ipse statuisset. Hinc maximam sibi vim Cumanus & Felix, ejus in Judæa Procuratores asurparunt, de qua merito Josippus conqueritur. Illud

Edit. Paris. pag. 230. constat, sub Trajano adversus invitus jurisdictionem nullam Procuratoribus fuisse, ut disceptantibus liberum esset eos non eligere: adhiberi tamen in consilium a Præsidibus debere, cum de causa fiscali agitur, idem Imperator Cæcilio Plinio rescripsit. At hodie dubium non est, quoties inter fiscum & privatum quæstio vertitur, eos adeundos esse. Scribit Lampridius, Alexandrum Imperatorem eos sæpius mutare solitum fuisse, ne annum excederent, etiam si boni essent, sibi invisos affirmasse, tamquam necessarium malum. Hosce Procuratores Cæsaris, & Procuratores fisci eosdem fuisse non ambigo, qui & alio nomine Rationales, & Procuratores patrimonii appellantur: Idque in Commodo Lampridius, & in Maximini vita Capitolinus ostendunt. Sed & in Pio, Procuratores, inquit, suos & modeste suscipere tributa jussit, & excedentes modum, rationem factorum suorum reddere præcepit: nec unquam lætatus est lucro quo Provincialis opprimeretur. Procurator vero privatæ rationis, cujus quadam Alexandri constitutione mentio est, ut non multum a cæteris rationalibus differebat, ita præcipuum Ægyptii

pag. 231. magistratus nomen erat. Devicto enim apud Actium Antonio, extinctaque Cleopatra, in formam provinciæ C. Octavius Cæsar Ægyptum redegit. Et quoniam seditiosissimi naturaliter erant Ægyptii, opportunaque tellus alendo bello, noluit eam per Senatores administrari, ne popularibus studiis ducti facile ad Imperium aspirarent, idque & Dion tradidit. Corn. Tacitus lib. 2. Augustus, inquit, inter alia dominationis arcana vetitis, nisi permissu, ingredi Senatorib. aut Equitibus Romanis illustribus, seposuit Ægyptum, ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam claustraque terræ ac maris, quamvis levi præsidio, adversum ingentes exercitus præsedisset. Sed & in 52. D. Augustus apud Equestres qui Ægypto præsiderent, lege agi, decretaque eorum perinde haberi jusserat ac si magistratus Romani constituissent. Vopiscus scribit, Aurelianum Imp. Saturnino mandasse ne Ægyptum videret. Quod præceptum cum ille sprevisset, levissima gens, rerumque novarum avida, eum Imperatorem salutavit, quæ necis ejus causa fuit. Strabo auctor est, devicta Cleopatra in certam administrationem Æ-

pag. 232. gyptum redactam, expurgatamque a Romanis, & ad eam mitti solitos moderatione & prudentia insignes viros sub Præfecti titulo. is est præfectus Augustalis, qui vicem regis obtinet. Est & δικαιοδότης, id est Juridicus, in cujus potestate maxima est judiciorum pars. Est & qui ἴδιος λόγος, quem ego Procuratorem privatæ rationis interpretor: Ad quem indagatio bonorum vacantium pertinet, earumque rerum quæ Cæsari debentur. Horum comites sunt Cæsaris Liberti & Actores, quorum fidei majora minoraque judicia creduntur. Ex Patriis autem magistratibus apud eos est ἐξηγητὴς, quasi Quæsitorem dicas, qui purpuram gestat, alisque municipalibus honoribus est insignis, omniumque curam habet, quæ civitati utilia sunt. Est & ὑπομνηματογράφος, id est Commentariensis, seu Scriba. Tum ἀρχιδικαστὴς, Judicialem Præfectum recte appellaveris. τέταρτος δ' ὁ νυκτερινὸς στρατηγὸς, id est, Nocturnus Prætor. Sane Hypomnematographi quoque mentio est Theodosii & Valentiniani Constitutione quadam. Ea enim sancitum *pag. 233.*
est, quoties Hypomnematographus aliquos qui munera subeant nominat, si sponte illi acciti sunt, Præfecti Augustalis consensum non asse expectandum, sed protinus functionem exequendam. Quam constitutionem ex doctoribus nostris nemo hactenus mihi videtur percepisse. Cæterum erant etiam Procuratores Cæsaris, non in universum alicui provinciæ dati, sed particulariter alicui negotio: quod ex antiqua inscriptione conjectari pronum est, quæ Corinthi in hæc verba adhuc legitur: Theoprepon Aug. lib. Proc. Domini N. Aur. Severi Alexandri Pii Fel. Aug. Provinciæ Achajæ & Epiri & Thessaliæ, Rationalem purpurarum, Proc. ab ephemerida, Proc. a mandatis, Proc. a præd. Gallican. Procur. saltus Domitiani, Tricliniarcham, Præpositum a Fiblis, Præpositum a crystallinis, hominem incomparabilem. Tixander Aug. lib. officialis. Et hi quidem sunt magistratus, qui ab Augusto constituti, diu perseveraverunt, & tempore quo Jurisconsulti nostri florebant, maxime viguerunt. Nam posteriores deinde Imperatores, quorum princeps Constantinus, qui Romanorum Coloniam Byzantium transtulit, *pag. 234.*
aliam ipsi formam commenti sunt: Tumque cœperunt alii Patritii esse, quam prius erant, aliaque Præfectorum prætorio jurisdictio. Hinc Magistri militum, Magistri officiorum, Comites largitionum, Comites rei privatæ, Comites sacri Palatii, Comites sacri patrimonii. Quorum officia quamvis in constitutionibus explicata legantur, ut tamen clarius percipiantur, aliqua adhuc differere ab re non erit. Constantinus igitur Romanorum civium Coloniam cum Byzantium transtulisset, sedem quoque eam urbem Orientalis Imperii esse voluit, Provinciasque certis limitibus designavit, quibus suos Magistratus dedit, Militiamque ordinavit: cujus rei formulam a successoribus quoque observatam, ex antiquo, eodemque innominato auctore referemus: Is in hunc modum, ut sequitur, scriptum reliquit.

In editione Lugdunensi anni MDXL. *omnium Operum Andreæ Alciati J. C. Tomo V. brevi huic de Magistratibus Dissertat. subjungitur Notitia utriusque* *pag. 235.*
Imperii frequentibus passim deformata mendis, ut ex Notis Castigationibusque nostris liquido constabit. Eas vero non prius hic adscribemus, quam Publii Victoris de Regionibus Romanæ urbis Tractatum, publicata a nobis post Basileenses Typographos Descriptione Romana longe uberiorem, ex editione Alexandri Paganini anni MDXXI. *pluribus in locis castigata exhibuerimus.*

E dit. Parif. Pag. 236.

P. VICTORIS, *DE* REGIONIBUS URBIS ROMÆ, LIBER.

Regio prima.

PORTA CAPENA.
Vicus & ædes Camænarum.
Vicus Drusianus.
Vicus Sulpiti ulterioris.
Vicus Sulpiti citerioris.
Vicus Fortunæ obsequentis.
Vicus pulverarius.
Vicus Honoris, & Virtutis.
Vicus Trium ararum.
Vicus Fabriti.
Ædes Martis.
Ædes Minervæ.
Ædes tempestatis.
Area Apollinis.
Area Spei.
pag. 237. Area Galli, sive Thalli, sive Galliæ.
Area pinaria.
Area Carsutæ.
Lacus Promethei.
Lacus Vespasiani.
Balineum Torquati.
Balineum Vectii Bolani.
Balineum Mamertini.
Balineum Abascantiani.
Balineum Antiochiani.
Thermæ Severianæ.
Thermæ Commodianæ.
Arcus D. Veri Parthici.
Arcus D Trajani.
Arcus Drusi.
Mutatorium Cæsaris.
Almo fluvius.
Vici novem.
Ædiculæ decem.
Vicomagistri triginta sex.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Insulæ quatuor millia ducentæ quinquaginta.
Domus centum viginti.
Horrea tredecim.
Balneæ privatæ octoginta duo.
Lacus octoginta tres.
Pistrinæ viginti.
pag. 238. Regio in ambitu continet pedes duodecim millia ducentos viginti duos.

Regio II.

CÆLIMONTIUM.
Templum Claudii.
Macellum magnum.
Campus Martialis.
Lupariæ.
Antrum Cyclopis.
Castra peregrina.
Caput Africæ.
Arbor sancta.
Domus Philippi.
Domus Vectiliana.
Regia Tulli Hostilii templumque, quod is incuriam redegit ordine a se aucto, id est Patribus minorum gentium.
Mansiones Albanæ.
Mica aurea.
Armamentarium.
Spolium Samarium.
Ludus matutinus.
Ludus Gallicus.
Cohortes quinque vigilum.
Vici septem.
Ædiculæ octo.
Vicomagistri viginti octo.
Curatores duo.
Denunciatores duo. pag. 239.
Insulæ tria millia.
Domus centum triginta tres.
Horrea viginti tria.
Balneæ privatæ viginti.
Pistrina duodecim.
Regio in ambitu continet pedes duodecim millia ducentos.

Regio III.

ISIS & SERAPIS Moneta.
Amphitheatrum, quod capit loca octoginta septem millia.
Ludus Magnus.
Ludus Dacicus.
Domus Bryttiana.
Samium choragium.
Prætura præsentissima.
Thermæ Titi Cæsaris Augusti.
Thermæ Traiani Cæsaris Aug.
Thermæ Philippi Cæsaris Augusti.
Lacus pastoris.
Schola quæstorum.
Schola capulatorum.
Porticus Livia
Castra Misenatium.
Suburra.
Vici octo.
Ædiculæ octo.
Vicomagistri viginti quatuor.
Curatores duo. pag. 240.
Denunciatores duo.
Insulæ IIMDCCLVII.
Domus centum sexaginta.
Horrea decem & octo.
Balneæ privatæ octoginta.
Lacus sexaginta quinque.
Pistrina duodecim.
Regio in ambitu continet pedes duodecim millia quadringentos quinquaginta.

Regio IV.

TEMPLUM pacis.

Templum Remi.
Templum Veneris.
Templum Faustinæ.
Templum Telluris.
Via sacra.
Basilica Constantini.
Basilica Pauli Æmilii.
Sacri portus.
Forum transitorium.
Balineum Daphnidis.
Porticus apsidata.
Area Vulcani cum Vulcanali ubi lotos a Romulo sata, in qua Area sanguine per biduum pluit.
Buccina Aurea, vel Buccinum Aureum.
Edit. Parif. Apollo sandaliarius.
pag. 241. Horrea Chartaria vel tastaria, vel testaria.
Sororium tigillum.
Colossus altus centum duo semis habens in capite radios septem: singuli pedum viginti duorum semis.
Meta sudans.
Carinæ.
Domus Pompeii.
Avita Ciceronum Domus.
Vici octo.
Ædiculæ octo.
Vicomagistri triginta duo.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Insulæ MMDCCLVII.
Domus centum triginta octo.
Horrea octo.
Balineæ privatæ septuaginta quinque.
Lacus septuaginta octo.
Pistrina duodecim.
Regio in ambitu continet pedes tredecim millia.

Regio V.

EXQUILINA cum turri & colle Viminali.
Lacus Promethei.
Macellum Liviani.
Nymphæum D. Alexandri.
Cohortes septem vigilum.
pag. 242. Ædes Veneris Erycinæ ad portam Collinam.
Horti Planciani, vel Plautiani.
Horti Mecœnatis.
Regia Servii Tulli,
Hercules Sullanus.
Amphitheatrum Castrense,
Campus Exquilinus & lucus.
Campus Viminalis sub aggere.
Lucus Petelinus.
Templum Junonis Lucinæ.
Lucus fagutalis.
Domus Aquilii jureconsulti, Q. Catuli, & M. Crassi.
Ara Jovis Viminei.
Minerva medica.
Isis patricia.
Lavacrum Agrippinæ.
Thermæ Olympiadis.
Vici quindecim.
Ædiculæ totidem.
Vicomagistri sexaginta.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Insulæ tria millia octingentæ quinquaginta.
Domus centum octoginta.
Lacus septuaginta novem.
Horrea viginti tria.
pag. 243. Balineæ privatæ septuaginta quinque.
Pistrina duodecim.
Regio in ambitu continet pedes quindecim millia nongentos.

Regio VI.

ALTA SEMITA.
Vicus Bellonæ.
Vicus Mamuri.
Templum Salutis in colle Quirinale.
Templum Serapeum.
Templum Apollinis & Clatræ.
Templum Floræ, & Circus.
Fioraiia.
Capitolium vetus.
Divus Fidius in Colle.
Forum Sallustii.
Fortuna publica in Colle.
Statua Mamuri Plumbea.
Templum Quirini.
Domus Attici.
Malum Punicum, ad quod Domitianus DD. Templum gentis Flaviæ, & erat domus ejus.
Horti Sallustiani.
Senatuium mulierum.
Thermæ Diocletianæ.
Thermæ Constantinianæ.
Balinea Pauli.
Decem Tabernæ.
Ad Gallinas albas.
Area Calidii. pag. 244.
Cohortes trium vigilum,
Vici duodecim.
Ædiculæ sedecim.
Vicomagistri quadraginta octo,
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Insulæ tria millia quingentæ quinque,
Domus centum quadraginta quinque.
Horrea octodecim.
Balineæ privatæ septuaginta quinque.
Lacus septuaginta sex.
Pistrina duodecim.
Regio in ambitu continet pedes quindecim millia sexcentos.

Regio VII.

VIA LATA.
Lacus Ganymedis.
Cohortes septem vigilum, aliter primorum vigilum.
Arcus novus.
Nymphæum Jovis,
Ædicula Capraria.
Campus Agrippæ.
Templum Solis.
Castra Gentiana, aliter Gipsiana,
Porticus Constantini.
Templum novum Spei.
Templum novum Fortunæ.
Templum novum Quirini,
Sacellum Genii Sangi. pag. 245.
Equi ænei Tiridatis.
Forum Suarium.
Forum Archemorium.
Horti Argiani.
Pila Tyburtina.
Ad mansuetos.
Lapis pertusus.
Vici decem.
Vicomagistri quadraginta.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Insulæ quatuor millia trecentæ octoginta quinque.
Domus centum viginti.
Horrea viginti quinque.
Pistrina sedecim.
Balineæ privatæ septuaginta quinque.
Lacus septuaginta sex.
Regio in ambitu continet pedes duodecim millia septingentos.

Regio VIII.

FORUM ROMANUM.
Rostra populi Romani.

Ædes Victotiæ, cum alia ædicula victoriæ virginis DD. a Porcio Catone.
Edit. Paris. Templum Julii Cæsaris in foro.
pag. 246. Victoriæ aurea statua in templo Jovis Opt. Max.
Ficus Ruminalis & Lupercal virginis.
Columna cum statua M. Ludii.
Græcostasis.
Ædes Opis, & Saturni in vico Jugario.
Miliarium aureum.
Senatulum aureum.
Pila Horatia, ubi tropæa locata nuncupantur Curia
Templum Castorum ad lacum Juturnæ.
Templum Concordiæ.
Equus æneus Domitiani.
Atrium Minervæ.
Ludus Æmilius.
Julia porticus.
Arcus Fabianus.
Puteal Libonis.
Jani duo, celebris mercatorum locus.
Regia Numæ.
Templum Vestæ.
Templum Deum Penatium.
Templum Romuli.
Templum Jani.
Forum Cæsaris.
Stationes municipiorum.
Forum Augusti cum æde Martis ultoris.
Forum Trajani cum templo & equo æneo, & columna cochlide, quæ est alta pedes centum viginti octo, habetque intus gradus centum octoginta quinque, fenestellas quadraginta quinque. pag. 247.
Cohortes sex vigilum.
Ædicula Concordiæ supra Græcostasin.
Lacus Curtius.
Basilica argentaria.
Umbilicus urbis Romæ.
Templum Titi & Vespasiani.
Basilica Pauli cum Phrygiis columnis.
Ficus Ruminalis in Comitio, ubi & Lupercal.
Ædes Vejovis inter arcem & Capitolium prope asylum.
Vicus Ligurum.
Apollo translatus ex Apollonia a Lucullo triginta cubitum.
Delubrum Minervæ.
Ædicula Juventæ.
Porta Carmentalis versus circum Flaminium.
Templum Carmentæ.
Capitolium, ubi omnium Deorum simulacra celebrantur.
Curia Calabra, ubi Pontifex minor dies pronunciabat.
pag. 248. Templum Jovis Opt. Max.
Ædes Jovis Tonantis ab Aug. DD. in clivo Capitolino.
Signum Jovis Imperatoris a Præneste devectum.
Asylum.
Templum vetus Minervæ.
Horrea Germanica.
Horrea Agrippina.
Aqua cernens quatuor Scauros.
Forum Boarium.
Sacellum Pudicitiæ patriciæ.
Ædes Herculis victoris duæ, altera ad portam Trigeminam, altera in foro Boario cognomine rotunda & parva.
Forum Piscarium.
Ædes Matutæ.
Vicus Jugarius, idem & Thurarius, ubi sunt aræ Opis & Cereris cum signo Vertumni.
Carcer imminens foro a Tullo Hostilio ædificatus media urbe.
Porticus margaritaria.
Ludi litterarii.
Vicus unguentarius.
Ædes Vortumni in vico Tusco.
Elephantus herbarius.

Vici duodecim.
Ædiculæ totidem.
Vicomagistri quadraginta octo. pag. 249.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Insulæ tria millia octingentæ octoginta.
Domus centum quinquaginta.
Balineæ privatæ sexaginta sex.
Horrea decem & octo.
Lacus centum viginti.
Pistrina viginti.

Regio in ambitu continet pedes duodecim millia octingentos sexaginta septem.

Regio IX.

CIRCUS FLAMINIUS.
Stabula quatuor factionum.
Ædes antiqua Apollinis cum lavacro.
Ædes Herculi magno custodi Circi Flaminii.
Porticus Philippi.
Ædes Vulcani in Circo Flaminio.
Mimitia vetus, seu Minutia.
Mimitia frumentaria.
Porticus Corinthia Cn. Octavii, quæ prima duplex fuit.
Crypta Balbi.
Theatrum Balbi, capit loca triginta millia nonaginta quinque. Claudius Cæsar dedicavit, & appellatur a vicinitate. pag. 250.
Jupiter Pompejanus.
Theatrum Marcelli, capit loca triginta millia, ubi erat aliud templum Jani.
Delubrum Cn. Domitii.
Carcer centum sexaginta virum.
Templum Bruti Callaici.
Villa publica, ubi primum populi census est actus in campo Martio.
Campus Martis.
Ædes Juturnæ ad aquam Virgineam.
Septa trigaria.
Equiria.
Horti Luculliani.
Fons Scipionum.
Sepulcrum Augustorum.
Ciconiæ nixæ.
Pantheon.
Theatrum Pompeii.
Basilica Macidii.
Basilica Martiani.
Templum Divi Antonini cum Cochlide columna, quæ est alta pedes centum septuaginta quinque, habet intus gradus ducentos sex, & fenestellas quinquaginta sex.
Thermæ Adriani.
Thermæ Neronianæ, quæ postea Alexandrinæ. pag. 251.
Thermæ Agrippæ.
Templum boni eventus.
Ædes Bellonæ versus portam Carmentalem: ante hanc ædem columna index belli inferendi.
Porticus Argonautarum.
Meleagricum.
Iseum.
Serapeum.
Minervium.
Minerva Chalcidica.
Insula Phelidii, sive Phelidis.

Vici triginta.
Ædiculæ totidem.
Vicomagistri ducenti viginti.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Insulæ tria millia septingentæ octoginta octo.
Domus centum quadraginta.
Balineæ privatæ sexaginta tres.
Horrea duodecim.
Pistrina viginti.

Regio in ambitu habet pedes triginta millia quingentos.

Regio X.

PALATIUM.

Edit. Parif. Vicus Padi.
pag. 252. Vicus Cartarum.
Vicus Fortunæ refpicientis.
Vicus Salutaris.
Vicus Apollinis.
Vicus clivufque dici.
Roma quadrata.
Ædes Jovis Statoris.
Cafa Romuli.
Prata Bacchi, ubi fuerunt ædes Vitruvii Fundani.
Ara Febris.
Templum Fidei.
Ædes Matris Deum: huic fuit conterminum delubrum Sofpitæ Junonis.
Domus Cejoniorum.
Suelia.
Jovis cœnatio.
Ædes Apollinis, ubi lychni pendebant inftar arboris mala ferentis.
Ædes Deæ Viriplacæ in Palatio.
Bibliothecæ.
Ædes Rhamnufiæ.
Pentapylon Jovis Arbitratoris.
Domus Auguftana.
Domus Tiberiana.
Sedes Imperii Romani.
Auguratorium.
pag. 253. Ad Mammaeam, hoc eft Diætæ Mammææ.
Ara Palatina.
Ædes Jovis Victoris.
Domus Dionyfii.
Domus Q. Catuli.
Domus Ciceronis.
Ædes Dijovis.
Velia.
Curia vetus.
Fortuna refpiciens.
Septizonium Severi.
Victoria Germaniciana.
Lupercal.
Vici fex.
Ædiculæ totidem.
Vicomagiftri viginti quatuor.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Infulæ duo millia fexcentæ quadraginta quatuor.
Domus octoginta octo.
Lacus octoginta.
Horrea quadraginta octo.
Piftrina viginti.
Balineæ privatæ triginta fex.
Regio in ambitu habet pedes duodecim millia fexcentos.

Regio XI.

pag. 254. CIRCUS MAXIMUS.
Circus maximus, qui capit loca trecenta octoginta quinque millia: duodecim portæ.
Templum Mercurii.
Ædes Ditis patris.
Ædes Cereris.
Ædes Veneris, opus Fabii Gurgitis.
Ædes Portumni ad pontem Æmilii, olim Sublicii.
Porta Trigemina.
Salinæ.
Apollo Cælifpex.
Ædes Portumni.
Hercules Olivarius.
Ara Maxima.
Templum Caftoris.
Ædes Cereris.
Ædes Pompeii.
Obelifci duo; jacet alter, alter erectus.
Ædes Murciæ.
Ædes Confi fubterranea.
Forum Olitorium: in eo columna eft lactaria, ad quam infantes lacte alendos deferunt.
Ædes Pietatis in foro Olitorio.
Ædes Junonis Matutæ.
Velabrum majus.
Vici octo. pag. 255.
Ædiculæ totidem.
Vicomagiftri triginta duo.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Infulæ mille fexcentæ.
Domus octoginta novem.
Balineæ privatæ quindecim.
Horrea fexdecim.
Lacus fexaginta.
Piftrina duodecim.
Regio in ambitu continet pedes undecim millia quingentos.

Regio XII.

PISCINA PUBLICA.
Vicus Veneris almæ.
Vicus pifcinæ publicæ.
Vicus Dianæ.
Vicus Cejos.
Vicus Triarii.
Vicus aquæ falientis.
Vicus laci tecti.
Vicus Fortunæ mammofæ.
Vicus Colapeti paftoris.
Vicus portæ Radufculanæ.
Vicus portæ Næviæ.
Vicus Victoris.
Horti Afiniani.
Area radicaria.
Caput viæ novæ. pag. 256.
Fortuna mammofa.
Ifis Antenodoria.
Ædes bonæ Deæ Subfaxanæ.
Signum Delphini.
Thermæ Antoninianæ.
Septem domus Parthorum.
Campus lanatarius.
Domus Chilonis.
Cohortes trium vigilum.
Domus Cornificii.
Privata Adriani.
Vici duodecim.
Ædiculæ totidem.
Vicomagiftri quadraginta octo.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Infulæ duo millia quadringentæ octoginta fex.
Domus centum quatuordecim.
Balineæ privatæ quadraginta quatuor.
Lacus octoginta.
Horrea viginti fex.
Piftrina viginti.
Regio in ambitu habet pedes duodecim millia.

Regio XIII.

AVENTINUS.
Vicus Fidii.
Vicus frumentarius.
Vicus trium viarum. pag. 257.
Vicus Cefetii.
Vicus Valerii.
Vicus laci milliarii.
Vicus Fortunati.
Vicus capitis Canteri.
Vicus trium alitum.
Vicus novus.
Vicus Loreti minoris.
Vicus armiluftri.
Ædes Confi.
Vicus columnæ ligneæ.
Minerva in Aventino.
Vicus Materius.
Vicus mundiciei.
Vicus Loreti majoris; ubi erat Vertumnus.
Vicus Fortunæ dubiæ.
Armiluftrum.
Templum Lunæ in Aventino.
Templum commune Dianæ.

Termæ Varianæ.
Templum Libertatis.
Doliolum .
Ædes Bonæ Deæ in Aventino.
Privata Trajani.
Remuria.
Atrium Libertatis in Aventino.
dit. Parif. Mappa aurea.
pag. 258. Platanon.
Horrea Aniceti.
Scalæ Gemoniæ.
Porticus Fabraria.
Schola Cassii.
Templum Junonis reginæ a Camillo DD. Veiis captis.
Forum pistorium.
Vici septemdecim.
Ædiculæ totidem.
Vicomagistri septuaginta quatuor.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Insulæ duo millia quadringentæ octoginta octo.
Domus centum tres.
Balineæ privatæ sexaginta quatuor.
Lacus septuaginta octo.
Horrea viginti sex.
Pistrina viginti.
Regio in ambitu habet pedes sexdecim millia ducentos.

Regio XIV.

TRANS TIBERIM.
Vicus Censorii.
Vicus Gemini.
Vicus Rostrati.
Vicus Longi aquilæ.
pag. 259. Vicus statuæ Siccianæ.
Vicus Quadrati.
Vicus Raciliani majoris.
Vicus Raciliani minoris.
Vicus Janiculensis.
Vicus Bruttanus.
Vicus Larum ruralium.
Vicus statuæ Valerianæ.
Vicus Salutaris.
Vicus Pauli.
Vicus Sex. Luceii.
Vicus Simi publici.
Vicus Patratili.
Vicus laci restituti.
Vicus Saufeii.
Vicus Sergii.
Vicus Pinții.
Vicus Viberini.
Gajanum.
In insula ædea Jovis, & Aesculapii, & Ædes Fauni.
Naumachiæ.
Cornificæ.
Vaticanus.
Hortus Domitii.
Janiculum.
Mamæ Sacellum.
Balineum Ampelidis.
Balineum Priscillianæ.
pag. 260. Statua Valeriana.
Statua Sicciana.
Sepulchum Numæ.
Cohortes septem vigilum.
Caput Gorgonis.
Templum Fortis Fortunæ.
Area Septimiana.
Janus Septimianus.
Hercules cubans.
Campus Bruttanus.
Campus Codetanus.
Horti Getæ.
Castra Lecticariorum.
Vici viginti duo.
Ædiculæ totidem.
Vicomagistri octoginta octo.
Curatores duo.
Denunciatores duo.
Insulæ quatuor millia quadringentæ quinque.
Domus centum quinquaginta.
Balineæ privatæ octoginta sex.
Lacus centum octoginta.
Horrea viginti duo.
Pistrina viginti duo.
Regio in ambitu habet pedes triginta tria millia quadringentos septuaginta octo.

Senatula tria. pag. 261.

UNUM inter Capitolium & forum, ubi Magistratus cum senioribus deliberant.
Alterum ad portam Capenam.
Tertium citra ædem Bellonæ in circo Flaminio, ubi dabatur Senatus legatis, quos in urbem admittere nolebant.
Quartum Senatulum matronarum in Quirinali: Antoninus Pius Bassiani filius fecit.

Bibliothecæ undetriginta publicæ.

Ex iis præcipuæ duæ, Palatina & Ulpia.

Obelisci magni VI.

Duo in circo Maximo; major est pedum centum triginta duorum: minor pedum octoginta octo semis.
Unus in Vaticano pedum septuaginta duorum.
Unus in campo Martio pedum septuaginta duorum.
Duo in Mausoleo Augusti pares, singuli pedum quadraginta duorum semis.

Obelisci parvi XLII.

In pletisque sunt notæ Ægyptiorum.

Pontes VIII.

MILVIUS.
Ælius. pag. 262.
Vaticanus.
Janiculensis.
Fabricius.
Cestius.
Palatinus.
Æmilius, qui ante Sublicius.

Campi octo.

VIMINALIS.
Exquilinus.
Agrippæ.
Martius.
Codetanus
Bruttanus.
Lanatarius.
Pecuarius.
Unus ultra Tiberim campus Vaticanus extra numerum.

Fora septemdecim.

ROMANUM, quod dicitur magnum.
Cæsaris.
Augusti.
Boarium.
Transitorium.
Olitorium.
Pistorium.
Trajani.
Ænobarbi.
Suarium.
Archemorium.
Diocletiani. pag. 263.
Gallorum.
Rusticorum.
Cupedinis.
Piscarium.
Sallusti.

Basilicæ undecim.

ULPIA.
Pauli.
Vestini.
Neptunii.
Macidii.
Martiana.
Vastellaria.
Floselli.
Sicinnini.

Constantiniana.
Basilica Porcia a Porcio Catone facta.

Thermæ duodecim.

Trajani.
Titi.
Agrippæ.
Syriacæ.
Commodianæ.
Severianæ.
Antonianæ.
Alexandrinæ, quæ Neronianæ.
Diocletianæ.
Decianæ.
Edit. Paris. Constantinianæ.
pag. 264. Septimianæ.
JANI per omnes regiones incrustati, & adornati signis: duo præcipui ad arcum Fabianum, superior inferiorque.

Aquæ viginti.

APPIA.
Martia.
Virgo.
Claudia.
Herculanea.
Tepula.
Damnata.
Trajana.
Annia.
Halsia, sive Alsientena, quæ Augusta.
Cærulea.
Julia.
Algentiana.
Ciminia.
Sabbatina.
Aurelia.
Septimiana.
Severiana.
Antoniniana.
Alexandrina.

Viæ viginti novem.

APPIA.
Latina.
pag. 265. Labicana.
Campana.
Prænestina.
Tiburtina.
Collatina.
Nomentana, quæ Figulensis.
Salaria.
Flaminia.
Aimilia.
Claudia.
Valeria.
Ostiensis.
Laurentina.
Ardeatina.
Setina.
Quintia.
Gallicana.
Triumphalis.
Patinaria.
Ciminia.
Cornelia.
Tiberina.
Aurelia.
Cassia.
Portuensis.
Gallica.
Laticulensis.
CAPITOLIA duo, vetus & novum.
Amphiteatra duo.
Colossi duo. pag. 266.
Columnæ cochlides duæ.
Macella duo.
Theatra tria.
Ludi quinque.
Naumachiæ quinque.
Nymphæa undecim.
Equi ænei inaurati viginti quatuor.
Equi eburnei nonaginta quatuor.
Tabulæ signa sine numero.
Arcus marmorei triginta sex.
Lupanaria quadraginta quinque.
Latrinæ publicæ CXLIV.
Cohortes prætoriæ decem.
Cohortes urbanæ quatuor.
Cohortes vigilum sex.
Excubitoria quatuordecim.
Vexilla duo.
Communia castra peregrina.
Castra Misenatium.
Castra Tabellariorum.
Castra lecticariorum.
Castra victimariorum.
Castra salgamariorum.
Castra salicariorum.
Castra equitum singulorum duo.
Mensæ olearíæ viginti quatuor millia.

FINIS.

INDEX GENERALIS NOTITIÆ DIGNITATUM UTRIUSQUE ROMANI IMPERII,

Nova methodo accurate exactus ad Sectiones LXVIII. ob commodiorem Lectorum usum.

A

B

Gal-

H

I

L

N

O

P

Q

R

S

T.

V

Y

Z

INDICES PARTICULARES.

ALÆ.

ARMIGERI.

AUXILIA.

BALISTARII.

CLASSES.

COHORTES.

PECULIARES.

COMITES.

COMITATENSES. v. Legiones.

CONSULARES.

CORRECTORES.

CUNEI.

CURÆ ET CURATORES.

DUCES.

MAGISTRI.

MAURI.

MILITES.

NUMERI.

PRÆFECTI ET PREFECTURÆ.

PRÆPOSITI.

THESAURORUM.

PRÆSIDES.

P E C U L I A R E S.

PRIMICERII ET PRIMISCRINII.

P R O C U R A T O R E S.

R A T I O N A L E S.

S A G I T T A R I I.

S C H O L Æ.

Poteram hic quoque Diœcefeon, Limitum, Provinciarum, Tractuum, Thefaurorum, Tribunorum, ac fimilium plures Indices texere.

Sed jam plus fatis eft moleftiarum
Exhauftum, tibi, lector, ut placerem,
Servíremque tuis abunde votis.

Fruere, Vale & bonis bene apprecare.

IN NOTITIAM

DIGNITATUM OMNIUM UTRIUSQUE ROMANI IMPERII

ORIENTIS ET OCCIDENTIS.

VARIÆ LECTIONES,

Cum nonnullis Castigationibus ac Conjecturis.

B. *Editionem Basileensem Frobenianam, anni* 1552.
A. *Tomi V. Operum Andreæ Alciati, anni* 1560.
V. *Guidi Pancirolli Venetam editionem, anni* 1593.
L. *Denique Lugdunensem omnium postremam, anni* 1608. *quampluribus mendis contaminatam, repræsentabit.*

Ad sectionem primam Notitiæ in Partibus Orientis.

IN *præsenti, duo:* B. hoc est Basileensis editio, ad uram habet hanc notulam adscriptam: *Alias præsentales seu præsentiales.* quod quidem postremum in Alciati Notitia legitur.

Alii III. Equitum, &c. Pressius A. Magistri militum tres: per Orientem, Thracias & Illyricum.

Castrensis, sacri Palatii: Dele male insertam virgulam. Gravius vero mendum cubat in editione Alciati: Primicerius. sacri cubiculi. Notariorum. Castrensis. sacri Palatii.

Epistolarum, Libellorum, Græcorum: Forte legendum Memoriæ, Epistolarum, Libellorum, Epistolarum Græcarum. Sic enim sectione XI. paullo post numerantur: Magister Memoriæ. Magister Epistolarum, Magister Libellorum, Magister Epistolarum Græcarum.

Comites rei militaris: L. mendose Comes.

Phœnices: In Alciati libro Phœnicis legitur.

Euphratensis, Syria Palæstinæ: V. & L. aliam distinctionem exhibent: Euphratensis Syriæ, Palæstinæ. Rectius vero scripseris Palæstinæ cum A. per diphthungum quam Palestinæ per secundam vocalem, cum cæteris tribus.

Osrhoena: Corrupta Alciati editio Osrhenæ.

Per Asianam III. A. per Asiam. Eadem pro *Pamphylia* dat nobis Pamphiliam & pro *Lycaonia* Laconiam.

Arcadia: Substituit inscite pro Arcadia Arabiam A. B. vero Archadiæ spiritum non recte inseruit.

Helenoponti: B. V. L. Hellenoponti: pessime omnium A. Hellespontí.

Augustanica: Sunt qui ditiorem una literula efficiant, scribantque Augustamnicam.

Paphlagoniæ: Subjiciuntur in editione Alciatæa: Et hic quidem catalogus generalis est earum dignitatum, quæ in Orientali Imperio constituuntur. Superest ut specialiter videamus, quænam unicuique supetat administratio. Quæ verba absunt a B. V. & L.

Ad sectionem II.

Sub dispositione, &c. Contraxit in pauciora A. Sub Præfecto Prætorio Orientis sunt infrascriptæ diœceses.

Arabia (Dux & Comes rei militaris) Isauria, &c. Verba hæc ansulis & notis utrinque circumscripta sic se habent in editionibus B. V. & L. Arabia. DUX ET COMES REI MILITARIS. Isauria, &c. Ea vero Grammatici glossematis instar habere ab imperito quopiam ex margine in contextum temere evocati omnes mihi facile consentient. Sane absunt ab editione Alciati: & frustra sunt qui in quærenda appendicis hujus expositione plurimum desudant.

OFFICIUM: Desiderantur ista non solum in editione Alciati, verum etiam in Basileensi.

Regerendarius. Ita B. V. L. Sunt tamen qui Referendarium mavelint: quæ vox apud Procopium, in Novella XI. Justiniani Imperatoris, in Gregorii Turonensis Historia Francica, & apud plerosque iis recentiores scriptores repetitur.

Adjutores: Ita B. & L. In Veneta minus emendate, Auditores.

Præfectus Prætorio evectiones annuales non habet sed ipse emittit: Desiderantur in B. quæ ex V. & L. repræsentavimus, quemadmodum & superiora, ut jam paullo ante monuimus.

Annuales: Sunt & qui legendum putent, Annales.

Ad sectionem III.

Et pars Macedoniæ salutaris: Apud Alciatum explicatius post Prævalitanam subduntur hæc verba: Est & Macedonia salutaris, quæ partim Macedoniæ, partim Daciæ adscribitur.

Numerarii quatuor: Perturbata omnia & mendis gravibus infecta in A. Numerarii quatuor, in his auri unus, opere vel operarius, alter subadjuva.

Sed ipsi præfecti emittunt: Recte, neque enim dubito quin omnes peccatum agnoscant in B. sed

ipſi Præfectos emittunt, & in A. ſed Præfectos ipſi emittunt.

Ad ſectionem IV.

Sub diſpoſitione, &c. Brevius in A. ſub Magiſtro militum Præſentali.

Præſentalis, *Vexillationes*, &c. Confuſe admodum repræſentantur hæc in Veneta & Lugdunenſi editionibus.

Taifali: Sunt quibus Taiphali magis arrideant, mea quidem ſententia minus erudite. Neque vero probaverit A. Tatſalos.

Lancearii: A. Lanciarii.

Conſtantiani: Ita omnes præter Lugdunenſem in qua Conſtantiniani.

Mattiaci: Sola Alciati editio præfert Matojaci corrupta haud dubie voce. Eidem Metobarii dicuntur, qui cæteris tribus Retobarii. Pancirollus cenſet legendum Rutubarii: qua de re, ut de ſimilibus, alias, Deo dante pluribus erit agendum.

OFFICIUM autem, &c. deſunt in A.

Ad ſectionem V.

Sub diſpoſitione viri illuſtris, &c. Paucioribus verbis A. ſub alio magiſtro militum.

Præſentales, *Vexillationes Palatinæ VI.* Erratum itidem hic in editionibus V. & L. ut in præcedenti ſectione obſervavimus.

Equites Perſæ clibanarii. Iis in ed. A præmittuntur Equites Theodoſiani ſeniores.

Equites Cataphractarii Ambianenſes. Una ſyllaba truncantur in A. quæ dumtaxat exhibet Ambientes.

Dati. *ſcythæ*. Minus appoſite conjunctos legas in edit. A.

Auxilia Palatina XVII. Pauciora duobus repræſentantur in ed. A. Deſunt Conſtantiniani & Quarti Theodoſiani.

Tubantes. Sic habent A. & B. quam lectionem depravarunt V. & L. in Tybantes. Certe in deſcriptione inſignium expreſſum habes Tubantium nomen, quemadmodum & pleriſque aliis locis.

Vindices. Ita omnes præter A. in qua Vindelici.

Tervingi. Pro iis Tutingos ſubrogavit editio A.

Felices Arcadiani. Aſpirationem expunximus, quam habent B. & V.

Item Pſeudocomitatenſes, &c. Abſunt ab A. quemadmodum quæ de Officio ſubjiciuntur in cæteris.

Ad ſectionem VI.

Sub Diſpoſitione, &c. A. Sub Magiſtro militum per Orientem

Comites Cataphractarii. *Buccellarii juniores*. Quos ab invicem ſejungunt reliquæ editiones A. connectit & Bucellarios minus appoſite ſcribit & Stabelſianos qui aliis Stableſiani: omiſit pariter Equites tertios Stableſianos & Felices Honorianos ſeniores.

Palmyrenorum. Corrupte B. V. L. Palmirenorum.

Comitatenſes IX. Unam omiſit A. & primam Flaviam Conſtantiam ac ſecundam Flaviam Conſtantiam Thebæorum in unam compegit Primam Flaviam Conſtantiam Thebæorum

Thebæorum. Sola B. abſque diphthongo Thebeorum non recte.

Iſaura. A. & L. Iſauria.

Tranſtigritani. Sola A. Tranſtygritani corruptiſſime.

OFFICIUM deeſt in A.

Exceptores & cæteros apparitores Magiſtri militum per Orientem XXV Conjunximus quæ inemendate ſepararunt editiones B. V. & L. & peculiari charactere deſignarunt.

Ad ſectionem VII.

Sub diſpoſitione. A. ſub Magiſtro militum per Thracias.

Theodoſiaci. A. Theodoſiani.

Per Thracias, *Venillationes Palatinæ III.* Perperam diſtinguunt V. & L. Per Thracias Vexillationes. Palatinæ III.

Albigenſes. Scripſimus initiali majuſcula littera cum ſola A. Cæteræ editiones Proprium nomen non videntur agnoſcere: & inepte ab Albinga Ligarum oppido derivat Pancirollus.

Leg. Comitatenſes. XXI. Numerus iſte abeſt ab A. & B.

Tertiadecimani, *Quartadecimani*. in A. prima vocalis mutatur in quartam Tertiodecimani, Quartodecimani.

Secunda Flavia gemina. Abeſt ab editione Alciati.

Stobenſes. In A. Scobenſes.

Daphnenſes. Scripſimus cum A. non Daſnenſes cum cæteris.

Baliſtarii Daphnenſes. Sola iis caret A.

Thaimni. A Tranni,

Julia Alexandria. Ita omnes.

Gratianenſes. Exciderunt in A. quemadmodum & OFFICIUM non ſecus ac in ſuperioribus.

Apparitores Magiſtri militum per Thracias quindecim. Quæ aberrarant in ſuperioris ſectionis fine editiones B. V. & L. hic apte verba iſta. *Magiſtri militum*, &c. ſuperioribus ſubjunxerunt.

Ad ſectionem VIII.

Sub diſpoſitione, &c. A. contraxit pro more: ſub Magiſtro militum per Illyricum.

Vexillationes Comitatenſes II. Infeliciter hic quoque ceſſit diſtinctio in Venetis & Lugdunenſibus.

Aſcarii. Ita omnes præter A. ubi pro Aſcariis habentur Haſtarii geminato errore.

Atecotti. Sola L. geminat conſonantem Attecotti.

Martiarii Conſtantes. Conctantes exhibet A. liber, ubi & ſecundarii pro ſecundanis.

Item Pſeudocomitatenſes IX. Non exprimitur numerus in A.

Timacenſes. Tunacenſes habet A.

Bugaracenſes. Ita omnes præter A. in qua additur canina littera, Burgaracenſes. In eadem pro Scupenſibus ſcribuntur Senipenſes, & Mentenſes pro Metenſibus, necnon Scapenſes pro Scampenſibus.

OFFICIUM, &c. Abſunt pro more ab A. eorumque loco ſubduntur.

Exiſtimantur autem ſupra ſcripti Magiſtri militum eſſe.

Cardinales, habentque ſub ſe litteratam hanc militiam.

Ad ſectionem IX.

Sub diſpoſitione, &c. A. ſub Magiſtro Officiorum. Nec ſervatur idem Scholarum ordo, qui apparet in cæteris.

Agentum in rebus. A. Agentium omiſſis ejuſdem Scholæ deputatis.

Officium admiſſionum. A ſola commiſſionum.

Clibanaria Antiochiæ. Deſideratur in A.

Armamentaria Edeſſæ. B. V. & L. Ædeſſam ſcribunt pro Edeſſa, & A. pro armamentaria armamentam, quemadmodum Haſtariam Hironopolitanam Ciliciæ pro Irenopolitana. In Eadem A. editione deeſt Clibanaria Nicomediæ, & quæ ſequuntur perturbata ſunt omnia.

Scutaria & armorum Hadrianopoli Hæmimontis. A. Aſianæ II. ſcutaria & armorum Hadrianopolis, itemque Hæmimontis. Thraciarum I. ſcutaria & armorum Martianopoli.

Naiſſatenſis. Ita omnes præferunt. forte Naiſſenſis;

sis : certe propius ad Naissum accedit , de qua pluribus diximus in Notis ad Eclogas Olympiodori Thebæi.

Ratiarensis. Corruptissime A. Retiatensis, forte Ratiariensis seu Retiariensis.

Horreomargensis. Mendose A. Hercomagensis.

OFFICIUM, &c. Brevius in A. Officium Magistri Officiorum.

Subadjuva adjutores duo. Ita B. Legendum arbitror adjutoris. In A. subadjuvæ. Adjutores II. In V. & L. Subadjuva adjutores duo. haud sine mendo in omnibus.

Barbaricorum. Ita omnes. Pancirollus legendum suspicatur Barbaricorum : ego Bambaricariorum seu Barbaricariorum, de quibus alias.

Cursus publici præsentalis. Postrema vox desideratur in A. ubi absque ulla distinctione ista subjiciuntur : Interpretes diversarum gentium magister officiorum ipse emittit.

Leges dictandæ, preces. Scribe Romano charactere ac communi : Leges dictandæ, preces. Hæc & quæ sequuntur de Quæstoris adjutoribus absunt ab editione Alciati.

Ad sectionem X.

Sub dispositione, &c. A. sub Comite sacrarum Largitionum.

Per Orientem & Ægyptum, &c. Omnes illas Provincias ab invicem separat A. præfixa singulis sua præpositione, Nos B. V. & L. expressimus.

Præfecti thesaurorum. Singularem numerum affectavit A. & Præfectos in Præpositum thesaurorum commutavit.

Comes & Rationalis, &c. Expungit conjunctionem A. quam ceteræ servant.

Gynæceorum , Baphiorum. A. Gynæciorum, Baphiarum.

Scrinii annularensis. A. anularis.

Ad sectionem XI.

Sub dispositione V.I. Comitis rerum privatarum domus divinæ. In pauciora contraxit A. sub Comite rei privatæ, atque imperite omnino sejunxit, alteríque versui præfecit : Domus divinæ.

Largitionum privatarum. Postrema vox excidit in A. cum quibusdam aliis, quæ minutatim persequi non est operæ pretium. Atque hæc fortean non nemini displicebunt. Sed quid facias ? Placere omnibus, ne ipse queat Apollo.

Sub dispositione, &c. Non recessit a consueto more A. sub Comite Domesticorum & sub spect. V. Castrensi.

Vetus Codex addit: Mutuati sumus ex V. & L. desiderantur in B.

Cura palatiorum: V. & L. Palatinorum.

OFFICIUM, &c. Alia omnino forma exponitur in A.

Chartulariorum. L. mendose Cartularium.

Annotationes. A. B. & V. adnotationes.

Magister Libellorum cognitiones & preces tractat. Desunt ista in A.

Ad sectionem XII.

Sub dispositione, &c. A. sub V. SP. Proconsf. Asiæ, & mox : sub V. SP. Proconsf. Achajæ.

OFFICIUM *autem habet ita, &c.* In A. sic se res omnis habet : Officium utriusque Proconsulis Princeps de schola agentium in rebus ducenariis qui adorata, &c. V. & L. agentium in rebus ducenariorum, &c.

Ad sectionem XIII.

Sub dispositione, &c. A. sub SP. V. Comite Orientis Provinciæ Orientis XV. quarum nomina supra retulimus. Officium idem fere cum officio Proconsulum.

Palæstina. B. V. & L. Palestina. Eædem quoque pro Euphratensi scribunt Eufratensem.

Ad sectionem XIV.

Sub dispositione, &c. A. brevissime : sub Præf. Augustali Provinciæ Ægypti sex.

Libya superior. B. & V. corruptissime Lybia.

Arcadia. *Augustanica*. V. connectit, quæ sejungenda sunt, scribitque Augustamnia, quemadmodum B. Nos Lugdunensem sequuti sumus hac in parte ceteris emendatiorem.

De schola Agentum in rebus ducenarium. Cum B. consentiunt V. & L. quamquam in superioribus sectionibus ab ea dissentiant.

Ad sectiones XV. XVI. & XVII.

Sub dispositione, &c. A. tres integras sectiones paucissimis verbis complectitur : Sub Vicariis suæ unicuique Provinciæ supra recitatæ.

Diœceseos. Mendum B. in hac voce non sustulerunt V. & L.

Helenopontus. Geminant liquidam V. & L. Sed vide Novellas Imperatoris Justiniani.

Hæmimontus. *Rhodopa*. Ita B. V. & L.

Ad sectionem XVIII.

Desunt in Editione operum Alciati sectiones omnes a 18. ad 34. quas ex B. V. & L. repræsentavimus : & earum loco nescio quid ex fine operis accersitur.

Babylonia. Ita omnes. forte, Babylone.

Ala Arcadiana. B. & V. inquinare Archadiana.

Thenenuthi. Absque altero spiritu V. & L. Thenenuti.

Rinocoruræ. Ita in omnibus. Legendum aut Rhinocoluræ aut certe Rhinocoruræ, quo de discrimine alias.

Scenis Extrage. Addunt V. & L. rasa,

Rrtorum. B. V. & L. Rectius Rætorum aut Rhætorum.

Prelectorum. Ita omnes hoc loco. Alibi Prælectorum.

Asiarum Busiri. Ita omnes. Quid si Asturum aut Ascariorum aut Astacurum ?

Ituræorum. B. V. L. Rectius Ityræorum seu Ituræorum.

Ad sectionem XIX.

Comitis militaris. Excidit, aut suppleri debet, Rei militaris.

Dux Isauriæ. B. non agnoscit additamentum Libyæ seu Lybiæ, quod occurrit in V. & L. Pancirollus Isauriæ Ducem expungendum esse arbitratur, solumque Libyæ Ducem in contextum recipiendum : sed de ea re suo tandem loco, si Deus annuerit. Libentius ego hic lacunam faterer, ut ex truncato officio constat.

A libellis, sive subscribendarium : MS. quidam codex minus apposite Rescribendarium subrogat.

Ad sectionem XX.

Maurorum scutariorum Lyco: In V. & L. Lyco, in alium a præcedenti versum temere insiliit.

Hermupoli. Ex B. nam V. & L. Hermopoli.

Ala prima Abasgorum Hibe Qaseos majoris. Submitterem libens versum hunc iis, quæ de minore Laterculo emittuntur : nec alam primam a secunda disjungerem. Verum ita habent B. V. & L.

Pescla : quid si Pesclæ ? Pro Poisartemidos apud Antoninum legitur Peusatemidos, seu Peusartemidos.

Cataphracta: B. V. & L. Catafracta: & mox Elefantinem pro Elephantinem.

Abydum: Ita omnes.

Burgoseveri: seu Burgo Severi.

Svena: Paulo ante Syenæ.

Sayinarum. Ita B. V. & L.

Thebaida: Supra in titulo, & alibi sæpe, Thebaidos.

Ad sectionem XXI.

Menoida: V. & L. Menoide.

Zodocathe: V. & L. Zodochata, seu Zodochatæ.

Legionis decimæ Fretensis: f. Fortensis aut Cretensis. Verum nihil mutandum disces ex Thesauro H. Goltzii.

Valentiniana. B. & V. Valentiana.

Ad sectionem XXII.

Illyrici Animotha. Ita omnes: forte rectius, ut in sequentibus, Illyriciani.

Indigena Mesæ. Ita B. quod in Mœsiæ transmutarunt V. & L. non sine suspicione erroris.

Avathæ. Sola L. habet Acavathæ: quemadmodum Gomothæ pro Gomohæ.

Thracum ad Titba: Ita B. & L. cum V.

Ad sectionem XXIII.

Eubara: L. Eutharæ.

Illyricum Palmyra. B. V. & L. Illyricum Palmiræ.

Damascena, monte Jovis. V. Domascena: L. in monte Jovis.

Variarara: aspirationem fini inferit V.

Veraneca: L. Veranecæ.

Ad sectionem XXIV.

Equites scutarii Illyrici Syriana: Sagittarios pro scutariis suppofuit L.

In Augusto Euphratensi: B. V. L. Eufratensis.

Barbarisso: Ita B. & V. Barbatisso mendose L.

Flavia Firma Sura: ex B. nam V. & L. virgulis distinguunt Flaviæ, Firmæ, Suræ.

Ad sectionem XXV.

Callinico: Sola L. Gallinico præfert incuria Typothetæ: nam in excusis in æs insignibus post Gallabam sequitur Callinicum.

Dabanæ & Oraba: Addunt V. & L. alias Danabæ & alias Arabæ.

Circesio: Ita omnes in contextu; in ipsis vero insignibus legitur Circæsia.

Prælectorum: V. & L. Prælectorum.

Inter Thannuris & Orobam: An quæ prius dicta est Oraba. Certe inter insignia occurrit unica dumtaxat Oroba.

Ad sectiones XXVI. XXVII. XXVIII.

Charta: ex B & V. nam L. Carthæ. In Aliis postea B Carthæ. V. autem & L. Cartæ: In tabula insignium scribitur Cartha.

Thibithenses Thilbisine: Sola L. Thilbithenses.

Cohors quarta decima Valeria Zabdenorum: Legendum arbitror Valeria, quamquam gignendi casum exhibuerunt B. V. & L.

Sabu: In tabula insignium legitur, Sabbu.

Melitena: Sola L. Militenæ in contextu: Insignia enim inscriptam gerunt Melitenam.

Bosporiana Apauratæ: Ita omnes.

Chaszanerica: L. contraxit in Chaszanicam.

Capidava: Ita omnes in contextu: in ipsis vero insignibus ubique legitur Capidana.

Talamonio: B. & V. ac L. Talamodio: in tabella insignium omnes habent Thalamono.

Constantiani Trosmis: B. V. L. Constantini. Nos eamdem formam servavimus hic & in sequentibus.

Accisso: B. V. L. Quid si Acciso: sive Ægisso pro Ægisso?

Ad sectionem XXIX.

Equitum Armigerorum Sexagintaprista: Ita B. V. & L. Ego legendum censeo: armigerorum sexaginta, Pristæ. Quod mihi suadere videtur insignium tabella, ubi Prista dumtaxat urbis seu arcis nomen, non Sexagintaprista.

Durostoro. Ita in omnibus legitur: sunt tamen qui Dorostoro malint.

Legiones Ripariensis: alias Riparenses.

Ad sectiones XXX. XXXI. XXXII. XXXIII.

Cuneus Equitum Promotorum Flaviana: Bis repetitur hic verius in edit. V. & L.

Dalmatarum Fortensium: Ita omnes.

Varina: Infra Variniana: Atqui in Tabella insignium ubique Varina; & in itinerariis Variana.

Miliarensium: L. inemendate Miliarenum.

Martensium: f. Martensium.

Dacisciorum Burgo Zono: paulo post longe rectius Burgo Novo.

Transdiernis: Æolica postea dialecto dicuntur Zernæ.

Legionis tertiodecimæ Geminæ Ratiariæ Zernis: scribe Geminiæ, ut in cæteris & dele Ratiariæ: quod ex sequenti commate per imprudentiam Typothetæ irrepsit.

Classis Histriæ Ageræ: Ita B. V. L. Ego legendum suadeo Ægetæ, de qua bis paullo ante.

Cortalinos: Alibi cohortalinos reperies: ut suo loco monebimus.

Sine annotatione Clementiæ Principalis. Hic omnes habent annotatione: at in sequenti sectione XXXIII. Basileensis editionis legitur annotatione, cum V. & L. servent annotatione. Utrum vero anteponendum differetur suo loco.

Ad Notitiæ Dignitatum in partibus Occidentis sectionem primam, quæ est ordine XXXIV.

Notitia dignitatum omnium, tam &c. A. habet: Index dignitatum, tam civilium, quam militarium, in partibus Occidentis.

Comes sacrarum: Largitionum additur in V. L. & A.

Proconsul Africæ unus: scribendum erat vulgari Romano charactere. Proconsul Africæ unus. In B. V. & L. gravissimum mendum cubat: Proconsul Africæ, cujus Vicarii sex: Urbis Romæ, &c. A. recte: Proconsul Africæ. VICARII IV.

Decem & septem Provinciarum Vicarius, id est Galliarum, in quibus totidem Provinciæ. Quare errore librariorum factum puto, ut pro decem & septem provinciis in B. A. V. & L. septem tantum numerentur Provinciæ, ubi de Vicario Galliarum agitur.

Litoris Saxonici: Lege Littoris.

Tractus Armoricani, Nervicani: Inepte A. Tractus Armoricarii. Nervianiæ. In V. quoque & L. Armonicani.

Mogontiacensis: Ita B. V. & L. at vero A. Maguntiacensis. Eadem pro Piceno Picinum habet, & pro Flaminia Flamminiam. Cæterum vix quicquam absurdius fingi potest, quam quod occurrit in B. V. & L. editionibus: Flaminiæ & Piceni, tum interposito puncto, aut in altera linea: Annonarii Tusciæ & Umbriæ. Aptam distinctionem hac in parte exhibet A. necnon V. & L. in seq. sectione.

Byzacii, Numidiæ; B. Byzantii V. & L. Byzantii, alias Byzatii. utrumque ridiculum. Rectius A. ut quidem expressimus.

Betica : aptius Bæticæ. Pro Callecia A. V. & L. habent Galleciæm.

Belgicæ secundæ: Absunt in nostra editione quemadmodum in B. Per Britannias duo ; Maximæ Cæsariensis & Valeriæ, qui reperiuntur in A. V. & L. Certe bis duobus opus est ad explendum numerum XXII. Consularium.

Alpium Cotiarum: Ex B. & A. Cottiarum geminata consonante V. & L. In his omnibus Rhetiæ, quæ aliis Rhætiæ, Retiæ, sive Rætiæ.

Mauritaniæ Sitifensis : Ita omnes præter A. in qua, non sine menda, Sityphensis.

Alpium Penninarum & Grajarum : Adjuncta desiderantur in A. Pœninarum habent B. V. & L.

Aquitanica prima. Solæ A. & L. habent Aquitaniæ. Eædemque ana cum V. videntur in duo membra discerpere Novempopulanam.

Lugdunensis Senonicæ: Recte eum B. V. & L. In A. non vulgaris irrepsit error: Lugdunensis Honoricæ.

Ad sectiones XXXV. XXXVI.

Diœcefeos infrascriptæ : corrige Diœceses.

Sub dispositione viri illustris Præfecti Prætorio Galliarum : A. Illustrissimi.

Baleares : A. Balcaris.

Alpes Penninæ: Ita scriptum hac sectione in B. V. & L. Constans mansit in suo errore A.

Lugdunensis Senonia : Editio A. novo peccato hic peccat, & pro Honorica dat Senonariam tolerabiliori halucinatione.

Adjutores singularii: Quos aliæ editiones connectunt, sejungit ab invicem ac dispescit A.

Ad sectionem XXXVII.

Comes riparum & alvei Tiberis & cloacarum : In A. prætermissus est alveus Tiberis. Ibidem quoque pro Tribuno Fori Suarii, unius litterulæ jactura, fabrogatus est Tribunus Fori Varii : & pro Centenario portus habetur Centenarius pontus & Nomenclatores contracte pro Nomenculatoribus.

Horreorum Galbanorum : forte an rectius Galbianorum.

Ad sectionem XXXVIII.

Joviani senores : corrige seniores.

Tongricani seniores : Ita B. V. & L. in contextu & insignium veteribus monumentis : nec dubium, quin absurda sit A. lectio, Tangræcani, quæ tamen non unam tantum sectionem maculat.

Morsiciani seniores: Exhibuimus B. lectionem : In A. & L. Mœsiaci : in V. Mœsisiaci. Equidem sectione XL. post Jovianos, Herculianos, &c. sequuntur Mœsiaci.

Thebei : Ita B. Rectius A. V. & L. Thebæi.

Cimbriani : A. Cymbriani.

Bracbati seniores: Ita B. V. & L. Assentior tamen libentius A. scribenti Braccati : quæ tamen longius aberrat a scopo, dum paulo post Heuculos pro Herulis subjicit, Sequarios item pro Sequanis, & Batavos jungit Mattiacis senioribus, atque Augusteos Joniis, ut appellat, junioribus.

Marcomanni : quibusdam Marcomani, ut & A. quæ Britannicianis alteram quoque ex duabus consonantibus furatur.

Mattiaci juniores Gallicani : Ita B. V. & L. Gallicanos in Gallearios vertit A. & a Mattiacis sejungit. Gallicanos quoque Nerviis & Joviis subtrahit. & pro Seguntiensibus cæterarum editionum Segusienses obtrudit.

Honoriani Ascarii seniores ; B. V. & L. At vero A. Arcarii habet, & Atecottos juniores omittit.

Mauritonantes: Ita omnes : quid si fatius sit ab invicem discernere in Mauros Tonantes.

Regii. Pacatianenses : Utrosque nectit A. & pro Mauris cetratis Mauros Servatos objicit : & Honorianos separat a Lancearlis Gallicanis.

Præfichantes : Ex B. nam V. & L. addunt : alias Præsidiantes ; in A. lego Præsidienses ; necnon Cortariacenses pro Cortoriacensibus.

Secunda Flaviæ Constantiniani tertio : A. secundæ Flaviæ Constantianæ : tum : Tertio Augustani.

Lancrarii Comagenses : mutilate in A. Maginenses. Constantiam quoque inepte divulsam deprehendes a Prima Flavia Gallicana.

Abrincateni: Ita B. & A. In V. ABRIM CATENI. quod mendum majore cumulavit L. Abrim Catini. Eadem L. pro Maurosismiacis seu Mausis Osismiacis habet Naurosismiacos & A. Mariosisiniacos.

Prima Flavia Metis: Ita omnes. Quid si Martis ? In Tabella insignium scriptum reperi, Metis.

Ad sectionem XXXIX.

Vexillationes Palatinæ : V. & L. addunt IX. A. vero X. & post Equites Constantes Valentianenses subjungit Valentinianenses seniores.

Vexillationes Comitatenses : Numerum XXXII.

Equites Prima Gallia : Sic in omnibus præter quam in A. ubi : Equites Primani Gallici.

Taifali juniores : Excidit ab initio nomen Equites ceteris commune : Iisdem adhæret sectione XL.

Equites primi, secundi, tertii, quarti sagittarii : A. habet primo, secundo, tertio, quarto. Equites quoque cetratos seniores omittis.

Equitates cetrati juniores : Emenda, Equites.

Corduent : ita in omnibus legitur : Carduenos habes sectionibus 26. & 40. An iidem sint non disputo.

Ad sectionem XL.

Herculiani seniores : In V. & L. Herculeani.

Exculcatores seniores, Grati, Sabini, & Felices juniores absunt ab editione A. quos aliæ omnes repræsentant.

Octavani. Thebei: Octavianos vocat A. neque a Thebeis secludit. Contra Regios a Germanicianis disjungit, quos una exhibuimus sequuti B. Porro Distinctionem eamdem reperies in V. & L.

Pontenuenses : ex B. V. & L. Quid si iidem cum Pontinensibus, de quibus supra ? Fortenses legit A. sed illi vix fidere ausim.

Retii seu Rhetii : Ita omnes. Eosdem cum Rhætis arbitror.

Sagittarii Venatores. Una A. separat in duos numeros Contra vero jungit Tungris Segusienses ut vocat : aliis quippe dicuntur Seguntienses.

Catarianenses : A. Catarienses: cui maluit inhærere, qui Lugdunensi editioni præfuit, quam B. & V.

Ascarii Honoriani : Constans omnium lectio præterquam A. in qua Hastarii. Eadem quoque Secundanis annectit Britones.

Præsidienses : Consentiunt in hanc vocem omnes editiones, quo fit, ut pro Præfichantibus aut Præsidiantibus legendum supra arbitrer Præsidienses.

Germaniacenses ; *Cortoriacenses* : Non recessimus a B. V. & L. quas tamen abludere longius a vero constat ex A. ubi Geminiacenses Cortoriacensibus præfiguntur, quemadmodum supra sectione XXXVIII. Equidem, si liceat excurrere, Geminiacum *Gembleurs* haud longe distat a Cortoriaco *Courtray*. Sed de his pluribus suo loco.

Prima Flavia Gallicani : Non occurrit in A.

Mariensis : Hic quoque conveniunt editiones omnes.

Abrincanteni: Recte hoc loco V. & L. quas supra aberrasse monuimus. Mendose Abrientani in A.

Cursarienses; Pancirollus ablato capite transmutat in Ursarienses ab Urso Hispaniæ oppido. Quod cum scriberet, non meminerat paulo ante inter Britones & Præsidienses recenseri Ursarienses.

Musmagenses. Pancirollus in notis babet Nusmagenses, atque in Ursini MS. codice legi Rusmagenses: quid si contracti ex Musomagensibus? quod oppidum ad Mosam in Belgica secunda. Verum conjecturas nostras suo postea, si Deus dederit, tempore eruditis non invidebimus. Hic in tricis dumtaxat apinisque cogimur tantisper immorari, ut minus peritis Lectoribus gratificemur.

Secundani Italiciani: corrupta lectio A. Stalliciani, ut in quibusdam minoris momenti quæ præterimus.

Comitatenses: bis inepte sejungit a scutariis A. semel a sagittariis.

Ad sectionem XLI.

Admissionales: Ita B. & V. mendose L. Admissiones: mendosissime A. aminisionales.

Sirmiensis scutorum balistarum & armorum: Ex B. V. & L. Perperam, ni fallor, A. Sirmiensis scutariæ. scordiscorum & armorum.

Cornutensis scutaria: Idem ac commune omnibus mendum: legendum censeo Carnuntensis a Carnunto celebri olim Pannoniæ superioris urbe. Frustra ergo Pancirollus, dum asserit legi oppidum Cornutum sub Duce Pannoniæ Primæ, unde milites Cornuti. Adi sectionem LVIII. ubi ter repetitum Carnunti nomen reperies sub Duce Pannoniæ primæ & Norici Ripensis.

Lauriacensis scutaria: B. V. L. Lauricensis A. malim Laureacensis per secundam vocalem.

Spataria: B. V. L. rectius A. spatharia.

Argentoratensis armorum omnium: Ita omnes, præter Alciatæam, in qua Argentomagensis. Ex vicinia nomen id arrisisse Alciato crediderim, cum Jus Civile profiteretur anno 1528. in Biturigum Cuborum Metropoli: In ea quippe provincia Argentonium oppidum ad Crausiam fluvium, haud procul Lemovicibus & Pictonibus, quod in Itinerariis veteribusque monumentis Argantomagum dicitur. Cætera illius editionis peccata facile quivis castigaverit etiam tacente me: pro Svessionensi clibanaria clibani substituit. Quid vero facias egregio enarratori in commentariis, dum sic loquitur: Quarta Svessionensis scutaria balistaria & clibanaria, Svessi sunt Helvetiorum populi Cæsari, Augusta est Vessonum Ptolomæo, ubi legio XXV. apud Itinerarium; nunc Svillerii dicuntur. Quæ quis intelligat? Quid si, quæ mox sequuntur, adjungas? Quinta Remensis spataria. Remi vel Remenses sunt juxta Sequanam fluvium in Belgica secunda, ubi Remus metropolis, ait Itinerarium. Si Matronam dixisset, paullo tolerabilius aberrasset. Cætera ejusdemmodi Geographica errata erademus in Generali Notitiæ indice, neque enim hic in excursus effundere licet adstrictam Variis Lectionibus & castigationibus indagandis rationem.

Habet subadjuvantes: In veteri codice, subaudientes.

Ad sectionem XLII.

Thesaurorum Salonitarum: Ita omnes, nulla excepta. rectius tamen Salonitanorum.

Vindelicenses: A. Vindeliciensis.

Thesaurorum Nemausensium: Nemorum habet A. gravi nec tolerando errore.

Procuratores Gynæciorum: Alciatus ita recte edidit, quam vocem in Cynegiorum deformarunt B. & V. Lugdunensis vero Gyneciorum edidit, at absque diphthongo, quam Græca origo efflagitat. Gynæceum vero aut Gynæcium dicas, perinde est.

Bassianensis translati Salonis: L. aberrat dum sola scribit Balonis. Quare non semper emendatiores postremæ editiones, etsi id initio præferant. In A. Procurator Gynæciensis dicitur, qui aliis est Procurator Gynæcii.

Jovensis Dalmatiæ a Spalato: Joviensis habent V. & L. Jovensis B. & A. ex qua mendum Aspalati non vulgare quivis facile exemerit.

Canusini & Venusini in Apulia: Ita omnes præter A. in qua: Canusini & Berus Apuliæ. In eadem non apparet Gynæceum Lugdunense.

Augustoduni translati Metis: A. legit non absurde Augustoduno. Omittit autem Bentensis Gynæcii nomen, quod in B. & V. nam aberrat L. hoc etiam loco.

Linificii Viennensis: A. Lectionem repræsentavimus, non corruptam Biennensis, quæ in B. V. & L. etiamsi paullo ante Gynæcium Arelatense apposite collocaverint in Provincia Viennensi.

Procuratores baphiorum: A. Basiorum barbare. eadem quoque depravata in sequenti versu: Procurator Basiranensium Calabriæ, ubi legendum ex B. V. & L. Baphii Tarentini Calabriæ.

Cissensis: A. Cisensis.

Telonensis: B. V. L. sola A. Tolonensis, quæ vox ad hodiernam propius accedit.

Brambaricariorum. A. Barbaricariorum.

Præpositus Bastagæ primæ Orientalis & quartæ: A. Præpositi bastagarum primæ Orientis', Orientalium & quartæ.

Scrinorum numerorum: Ita B. & A. Sed V. & L. Numerariorum.

Aurea massa: A. auri massæ.

Ad sectionem XLIII.

Comes Privatarum: inemendate dicitur in A pro Privatarum: ut Geldoniaci pro Gildoniaci.

Procurator rei privatæ per Siciliam: In A. dicitur Rationalis: & inter Urbicarias regiones. Rerum Juliani inseritur insulse distinctionis notula. Ibidem quoque frustra quæras Procuratorem rei privatæ per Mauritaniam Sitifensem.

Gynæcii Juvatensis rei privatæ Meti translati Anhelas: A. Merti translaræ Anhelæ.

Bastagæ Orientalis inferioris: A. inferiorum.

Cæteros etiam Palatinos: Addunt V. & L. ex Manuscriptis codicibus: Comes Gildoniaci patrimonii habet Procuratores, Præpositos & Rationales per diversas provincias, ut Comes rerum privatarum; & Secundocerium totius Officii, qui tractat chartas officii.

Ministeriales Dominici, Curæ Palatiorum: A. Ministerialis domini, alias curæ palatiorum.

Tabularium Dominicum: A. Domini. quæ etiam omisit Tabularium Dominæ Augustæ. In Eadem vero recte Chartularius, qui aliis Cartularius.

Administrationum: A. Ministrationum.

Magister scriniorum: Certius forte quis scripserit, Magistri scriniorum: memoriæ, Epistolarum & Libellorum: de quibus postea sigillatim.

Ad sectiones XLIV. XLV. XLVI. & XLVII.

Provinciæ Consularis: A. inserit ridicule conjunctionem, &.

De schola Agentum in rebus Ducenarium: Ita omnes, præter A. in qua manifesta exscriptoris halucinatione duodenarium: paullo post recta sequitur lectio.

Exceptores. Singulares, & reliquum officium: Ita quoque editiones omnes, excepta A. quæ singulares exceptoribus jungit.

Piceni suburbicarii: A suburbicii,

Gallecia: Ita omnes. Alias Callecie, ut supra.

Ad sectiones XLVIII. & XLIX.

Decem & septem Provinciarum: In B. A. V. & L. deest major numerus, quem sex Consulares & undecim Præsides ultro etiam ab invitis extorquent. In A. deest Consularis Belgicæ primæ.

Novempopulorum: B. & V. NOVEM Populorum A. Novempopularis. L. Novem Populorum. Nos unicam dictionem repræsentavimus.

Ad sectiones L. & LI.

Comitis Africæ Limitanei: Insulsa est postremarum dictionum divulsio in A. in hac & seq. sectione.

Limitis Caput cellensis; Ita A. & L. nec arridet quod in B. & V. legitur caput Cellensis etiam sectione LIV.

Secundanorum in Castris Tillibanensibus: A. secundum forum in castris Tillibanensibus.

Principem ex officio Magistri militum, &c. A. Principem ex officiis magistrum militum præsentalium, &c.

Commentariensem ex officio, &c. Absant ab editione A. quæ mendose distinxit, quæ sequuntur, hunc in modem: Numerarios duos ex utrisque officiis. Magistros militum præsentialium singulos.

Alæ Herculeæ Tamuco: A Tannico.

Aulucæ· A. Adlucos.

Cohortis primæ Ityreorum: A. & Tityreorum.

Hastatorum Tabernis: Ita B. nam A. Hastorum Tabernas. quo sane respexit Panciroliis in Veneta, cum addidir: Hastatorum, alias Hastorum.

Numerarios duos, singulos, &c. non recte interpunxit A.

Ad sectiones LII. & LIII.

Tungricanorum Dubris: V. & L. Tangricanorum, utrumque non sine mendo.

Turnacensium: A Tornacensiam.

Dalmatarum Branodunensis: Ita B. V. & L. Rectius, ni fallor, Branodunensium. Commate similiter sequenti legendum censeo: Equitum Stablesianorum Gariannonensium. Nisi quis malit Præpositis adjudicare, quæ militibus tribuimus adjuncta.

Rutupis & Anderidæ absunt ab A. Ibidem Præfectus legionis secundæ Augustæ dicitur, qui aliis est Præpositus. Cætera ejusdem editionis leviora peccata non moror.

Comitis Britanniarum: V. & L. Britanniæ.

Provincia Britanniæ: In A. Provinciæ numero multitudinis; quod fortasse convenientius.

Numerarios duos: imperite puncto sejunxit A. singulos ex utrisque officiis supra.

Ad sectiones LIV. & LV.

Limitis Vidensis: B. V. L. Judensis A. ego legendum auguror Bidensis. Quidam enim hic repetuntur limites, de quibus supra dictum est sectione L.

Talalatensis. A. Talatensis.

Teuchitani: A Techettani.

Tintiberitani: A. Timptiberitani.

Bubensis: Ita B. V. L. at A. Budensis: forte Badensis, de quo sectione L.

Exceptores: eos hoc loco sejunxit a singularibus A.

Ad sectionem LVI.

Pannoniæ secundæ Ripariensis sive Saviæ: A. editio gravi mendo infecta præfert mutilate Pariensis, & Cornacum pro Cornaco.

Tontiborgio: Ita B. V. & L. Teutiburgio A. quod imitantur & reliquæ paullo post.

Burgenæ: A. Burgenas. Eadem pro Secundis habet Secundarum, & pro Novis Novas.

Auxilia Herculii ad Herculem: Ex B. Herculea legit A. Herculia V. & L.

Augustensia contra Bononiam in Barbarico in castello Onagrino: A. Augustentia citra Bononiam io barbarico in castello Onacbrino, quod tamen paullo infra dicitur Onagrinum.

Castelis Herculis: A. Herculeis.

Ascarii: A. Astarii. L. Arcarii.

Quintæ Joviæ Bargensis: Imperita librarii manus omnia miscait in A.

Istricæ classis: Alias sæpe Histricæ, quemadmodum hic in A. Quod sequitur comma misere discerptum est in tria membra in eadem editione. Nec barbariem ineruditi calami effugere potuit quæ sequitur oratio fœdissime corrupta: Præfectus classis primæ Pannoniæ Scruitii classis agentium, sive secundæ Pannoniæ, Minescythiæ.

Alpinorum, Sisciæ: Desunt in A.

Caput Basensis: Ita omnes.

Ad sectionem LVII.

Lussonio: A. Lusionio. Probam scripturam paullo infra reperies.

Conradenza: Ita B. Contadenza V. & L. Contadensia A.

Crumero; A. Erumero.

Solva: A. Salva.

Camponæ: A. Caupona.

Flavianenses ad Militare: A. Flavinenses ad miliare.

Ursarensia: In A. correctius Ursariensia.

Alescæ: Deest in B. & A. Alisiæ habent V. & L.

Ad sectionem LVIII.

Tribunus gentis Marcomannorum: A. gentium Marcomanorum.

Vindomanæ: A. Vindomaræ.

Carnunto: A. Carnuto: & mox Arunto.

Militum Liburnariorum Arrabone: A. liburnarum.

Tribunus cohortis Caratensis: Ita omnes. Quid si Carantenis?

Arlape: A. Aslapæ. At V. & L. Ariape, non levi errore.

Lentiæ: Ita B. A. & V. sola L. Letiæ.

Ad Juvense: A. Adjuvense.

Austuris: A. Austurum.

Cunnabiaca: A. Canabiaca.

Ad sectionem LIX.

Ponte Oeni, nunc Fabianis: B. V. & L. Ponteceni, nunc Febianis. A. Ponte æni, nunc Febians.

Vimaala Cambiduno: A. prætendente a Cumania Cassiliacum usque Campidunn.

Bristorum Abusina: Ita B. V. L. At Britonnm in A.

Prigum Piniaais: sic in omnibus scriptum deprehendi: f. Phrygum.

Confluentibus, sive Brecantiæ: A. Brigantia.

Vimania: A. Juvania.

Arbore: Ita B. A. V. & L. pro Arbonæ, seu Arbone.

Ad sectiones LX. LXI. & LXII.

Provinciæ sequanici. Milites Latavienses Olinone: Sic legitur in A. Provinciæ sequanici limitis. Lataviensis Olinonæ.

Maurorum Osismiacorum Osismiis: Quæ supina Librariorum ignavia depravavit illiberalissime in A: Osismia Corumosismis. Ibidem quoque ab inter-

punctione plurimum laborant quæ subduntur de Senonia & Lugdunensibus Provinciis secunda & tertia.

Regeadarium: corrige Regerendarium.

Sambricæ in loco Quartensi sive Hornensi: Lacunam editionis B. & defectum A. supplent verba ista, Præfectus classis, addita ex MS. codice in editionibus V. & L. Gvidus Pancirollus in commentariis Sambricam confundit cum Samarobriga seu Samarobrina, eamque urbem ad Phrudim locat & Camaracum interpretatur: quæ prorsus absona, ut alias docebimus.

Portus Æpatiaci. rectius, quantum auguror, quam Portu æpatiari, aut Portuæ Patiaci, ut alii.

Ad sectionem LXIII.

Crispianorum Dano: A. Pano.

Tigrisensium: Ita omnes, præter L. in qua Tigritensium.

Concangios: A. Concaglos.

Directorum veterum Veneris: Abest a B. & A. dictio Veneris: in V. & L. veterum alias Veneris. In tabula insignium arci cuidam sive oppido Verteris inscriprum est, non Veneris. Absurda sunt porro, quæ hic Commentarur asserit de Duroctorum legionibus in Mœsia inferiore ex Ptolomæo, & ex Cæsare de oppido Durocorto, unde sumpta sit hæc legio. Sexcenta sunt ejusdem prorsus rationis nobis alias excutienda studiosius.

Maglone: A Maglove. In tabula Maglone.

Derventiensis Derventione: Ita B. & V. Rectius L. Derventionensis. Confusa omnia ac pessumdata in A. Præfectus numeri Perveriense de Reventione.

Cornoviorum: Ab his Cornubiæ seu Cornoviæ inditum nomen suspicor.

Borrovico: A. Barrovicio, ut supra Longovicio.

Amboglanna: A. ambo Gianna.

Congavata: Ita omnes; f. Concavatæ.

Turmocello, A. & Unocello.

Morinorum: A. Marinorum.

Alione: A. Aliove. Eadem licentia Bremetenracum scribit pro Bremetenraco.

Cuneus armaturarum: A. armatorum.

Ad sectionee LXIV. LXV. & seqq.

Paceofium Saletione: A. Saletoniæ.

Cum curis ejusdem de civitate Ravenna: A. cum curis ejusdem civitatis.

Como: ita B. aliæ habent, civitatis Comi.

In Gallia Ripareasi: Ita B. A. V. at L. Ripensi alia Ripariensi.

Ebruduni Sapaudiæ: A. Ebroduni Sabaudiæ.

Sapaudiæ Calarone: A. Sabaudiæ Calarone.

In Provincia Novempopulana: restricte admodum A. Populana.

Anderetianorum Parisiæ: A. Anderecianorum Parisius.

Legione: A. Leginnæ mendose.

Pataenio: dissolvit diphthongum A. Paetaenio.

Lucensis Luco: A. male Lugensis.

Hic desunt nonnulla: Quod non adverterunt alii: neque enim placet, quod prætexit Pancirollus.

Carnunto Senonię Lugdunensis: Carnuto substituendum arbitror, tum ex A. tum ex familiari illius dictionis usu apud veteres scriptores, qui Carnuntum relegant in Pannoniam; Carnutum, Carnutesque servant Galliæ.

Fanomantis Belgicæ secundę: Ita omnes; legendum tamen Fano Martis suadent quamplurima, quæ suo reservamus loco.

Atrabatis seu Atrebatis dicas non cicum interdulm.

Contraginensium Noviomago, *&c.* Non comparent in A. editione: quæ pro Præfecto Lætorum Lagensium prope Tungros substituit Præfect. lætorum agentium per Petungros Germaniæ secundæ. Eadem quoque Arumbernos collocat in Aquitania prima loco Arvernorum; & Sarmatarum ordinem in Italia conturbat, omissis Opitergio & Verona.

Aquis sive Tertonę: A. Aquis sive Detorna: haud dubie pro Dertona, quæ Ptolemæo Taurinorum oppidum.

Novariæ: Sola L. mendose Navariæ.

Quadratis & Eporizio: A. Quadrates & Epotidio.

A Chora Parisios usque: A. Achora, non recte. Ibidem, pro inter Remos & Ambianos, interrenos: & loco tractus Segolannorum leges tractum Sem & Alannorum.

Præfectus Sarmatarum Gentilium Augustodunum: Desideratur in editione A. ubi in sectione LXVI. Pronumerarios a Tabulariis tamquam partem officii distinxit Librarius: neque enim peccatum tam grande peccasse Alciatum putem. In B. V. & L. Tabularios duos pro Numerarios.

Annotationem: B. ceteræ vero annotationem habent. Omnibus hic Cohortalini placent, qui sæpe alias Cortalini.

Omissus est ab Operis Typographicis titulus sectionis LXVIII. atque ultimæ, in qua agitur de Viro Perfectissimo Præside Dalmatiæ, ad cujus similitudinem cæteri Præsides officium habent.

Reliqua quæ in Descriptionem Romæ & CP. aliaque opuscula poterant observari, in aliud tempus differri placuit.



Facultas R. P. Provincialis.

EGO STEPHANUS CHARLETUS Societatis JESU in Provincia Franciæ Provincialis, permitto P. PHILIPPO LABBE nostræ Societatis Sacerdoti, ut Regiis Luparensibus typis excudendam curet *Notitiam Dignitatum Utriusque Romani Imperii, cum Orientis, tum Occidentis, cum Antiquis Descriptionibus Romæ & Constantinopoleos, aliisque opusculis Frobenianæ editionis, Indicibus, lectionibus, &c.*

Datum Lutetiæ ultimo Februarii, anno 1648.

STEPHANUS CHARLETUS.

ALTERCATIO HADRIANI IMPERATORIS ET PLINII SECUNDI.

HADRIANUS. Quid est mundus? PLINIUS. Mundus est incessabilis circuitus, spectabilis supellex, multiformis formatio, æternus tenor, circuitus sine errore. *Had.* Quid est Oceanus? *Plin.* Mundi amplexus, terminus coarctatus, hospitium fluviorum, fons imbrium. *Had.* Quid est Deus? *Plin.* Immortalis mens, incontemplabilis celsitudo, forma multiformis, incogitabilis inquisitio, insopitus oculus, omnia continens, lux bonorum. *Had.* Quid est Sol? *Plin.* Cœli oculus, coloris circuitus, splendor sine occasu, diei ornatus, horarum distributor. *Had.* Quid Luna? *Plin.* Cœli purpura, Solis æmula, malefactorum inimica, solamen iter agentium, directio navigantium, signum solemnitatum, largitrix roris, præsagium tempestatis. *Had.* Quid est Terra? *Plin.* Basis cœli, meditullium Mundi, fructuum custos & mater, operculum Inferni, mater nascentium, nutrix viventium, devoratrix omnium, cellarium vitæ. *Had.* Quid Humo? *Plin.* Mens incarnata, fantasma temporis, speculator vitæ, mancipium Mortis, transiens viator, anima laboriosa, parvi temporis habitaculum. *Had.* Quid est pulchritudo? *Plin.* Flos marcidus, carnalis felicitas, humana concupiscentia. *Had.* Quid est Mulier? *Plin.* Hominis confusio, insaturabilis Bestia; continua sollicitudo, indesinens pugna, viri continentis naufragium, humanum mancipium. *Had.* Quid Amicus? *Plin.* Desiderabile nomen, homo vix apparens, infelicitatis refugium, indesinens felicitas. *Had.* Quid divitiæ? *Plin.* Auri pondus, curarum minister, delectatio injucunda, insatiabilis invidia, desiderium inexplebile, os excelsum, invisa concupiscentia. *Had.* Quid est Paupertas? *Plin.* Odibile bonum, sanitatis mater, curarum remotio, sapientiæ reparatrix, negotium sine damno, possessio absque calumnia, sine sollicitudine felicitas. *Had.* Quid est Senectus? *Plin.* Optatum malum, mors viventium, incolumis languor, spirans mors. *Had.* Quid Somnus? *Plin.* Mortis imago, laborum quies, infirmantium votum, miserorum desiderium. *Had.* Quid vita? *Plin.* Bonorum lætitia, miserorum mœstitia, expectatio mortis. *Had.* Quid est mors? *Plin.* Æternus somnus, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, latro hominis, fuga vitæ, resolutio omnium. *Had.* Quid est verbum? *Plin.* Proditor animi. *Had.* Quid corpus? *Plin.* Domicilium animæ. *Had.* Quid est Barba? *Plin.* Sexus discretio. *Had.* Quid cerebrum? *Plin.* Custos memoriæ. *Had.* Quid est Frons? *Plin.* Imago animi. *Had.* Quid Oculi? *Plin.* Duces corporis, vasa luminis, judices animi. *Had.* Quid est cor? *Plin.* Receptaculum vitæ. *Had.* Quid est Jecur? *Plin.* Custodia caloris. *Had.* Quid Fel? *Plin.* Suscitatio Iracundiæ. *Had.* Quid Splen? *Plin.* Risus & lætitiæ capax. *Had.* Quid Stomachus est? *Plin.* Ciborum coquus. *Had.* Quid Ossa? *Plin.* Robur corporis. *Had.* Quid Pedes? *Plin.* Mobile fundamentum. *Had.* Quid est Ventus? *Plin.* Aeris perturbatio, mobilitas aquarum, siccitas terræ. *Had.* Quid Flumina? *Plin.* Cursus indeficiens, refectio Solis, irrigatio terræ. *Had.* Quid est Amicitia? *Plin.* Æqualitas animorum. *Had.* Quid est Fides? *Plin.* Ignotæ rei miranda certitudo. *Had.* Quid est, quod hominem non lapsum (*forte rectius lassum*) fieri sinit? *Plin.* Lucrum.

Alteram hanc Hadriani Augusti Altercationem, perinde, ni penitus fallor, supposititiam, priori, quæ Frobenianam Notitiæ Editionem claudit, quæque supra pagina 190. ac sequentibus excusa est, quod vacarent aliquot pagellæ & in plerisque ingeniosam proderet auctoris solertiam, placuit adjungere, ex editione Monasteriensi ad calcem Tragœdiæ Parabolicæ, quæ Pamandri & Satanæ pugna inscribitur auctore Bernardo Mollero VVestualo typis Lamberti Raffelde, anno 1597. Tu, Lector, æqui bonique consule.